

JOSEPHI FISCHER

HUNGARI BUDENSIS

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICAE

DE

TREMORE

QUAM

Annunte Inclyta

FACULTATE MEDICAE

IN CELEBERRIMA AC REGIA UNIVERSITATE

BUDENSI

Pro laurea Doctorali, Privilegiisque Doctoralibus, per Regiam Universitatem Budensem conferri solitis, legitime impetrandis

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI

submissis.

DISPUTABITUR IN UNIVERSITATIS

PALATIO MAJORE.

DIE MENSIS

M. DCC. LXXXII.

BUDÆ,

TYPIS CATHARINÆ LANDERER, VIDUAE,

EXCELLENTISSIMO

AC

ILLUSTRISSIMO

DOMINO DOMINO

ANTONIO

E COMITIBUS

KÁROLYI

DE NAGY KÁROLY

ARCIVM ET DOMINIORUM KAROLY,
ERDOD, EISED, BÉLTEK,
CSONGRÁD, MEGYER, ET SURÁNY
HAEREDITARIO DOMINO, ORDINIS
MILITAR. REG. THERES. EQVITI,
INCLYT. COMITAT. SZATTHMAR. SUPREMO
COMITI. SACR. CAES. REG. ET
APOST. MAJEST. CAMERARIO, ET ACTUALI
INTIM. STATUS CONSILIARIO GENERALI
CAMPI MARESCHALLI LOCUM TENENTI,
UNIUS LEGIONIS PEDESTRIS
ORD. UNG. PROPRIETARIO COLONELLO.

EXCELS. TABULAE SEPTENVIRALIS

ADSESSORI, ET CO-JUDICI: PER

INCL. REGN. UNG. DAPIFEROR.

REGIO MAGISTRO. &c.

MOECENATISUO GRATIOSISSIMO

HOC


PRIMUM STUDIORUM ACADEMICORUM

S P E C I M E N

IN

MAXIMAE VENERATIONIS ATQUE OBSERVATIONIS

DOCUMENTUM



AUTOR

EXCELLENTISSIME AC
ILLUSTRISSIME

DOMINE COMES!

Cum nemini ignotum esse possit
Excellentissime ac Illustrissime Domi-
ne Comes, eo animo TE comparatum
esse in omnes artes, ac scientias, ut
nulla earum sit, quam non libenter
tutela, ac patrocinio TUO profequa-
ris; ausus sum, tenue hoc Opusculum,
quod ex instituto Majorum ad obti-
nendam exercendæ Medicinæ potesta-
tem publici testimonii Causa elucis-
bratus sum, Excellentissimo TUO No-
mini consecrare. Animos præterea
addidit mihi singularis TUA in artem
medendi benevolentia, eamque pro-
movendi voluntas; TUA enim provi-
dentia factum est Excellentissime Co-
mes, ut celeberr. Tissoti liber, qui
de morbis in patria nostra ut pluri-
mum grassantibus, eorumque cura-
tio-

tionē agit, non solum patrio sermone redderetur, sed etiam in gentilitio TUO oppido, in Typographeo TUO, sumtibus TUIS publici juris fieret, ut haberent ii, a quibus medicinam professi longius abessent, quem afflictā vaietudine consulerent, & unde recuperandæ remedia peterent.

TUAE præterea sollicitudini debet Provincia Szatthmariensis, cui suprema potestate præes Excellentissime Comes, quod in ea intra breve tempus et numerus artis medendi peritorum ad publicam utilitatem auctus sit, et illa non satis æqua vulgi de medicinæ opinio ita ex animis deleta, ut in ea nemo fere jam sit, qui non libenter medicinæ peritos consulat, eorumque operam exposcat.

Ho etiam pertinet Excellentissime Comes indefessum illud studium TUUM, quod in stagnantibus aquis deducendis, in siccandis paludibus collocas; nemo enim nescit, id vitio verti Patriæ nostræ quibusdam partibus, quod ob stagnantes aquas, et paludes hominum valetudini non parum sint nocumento; sed aberit jam a Provincia TUAE curæ commissa hic metus, posteaquam incredibili labore et summis eo rem in Etsediensibus aquis perduxisti, ut speremus non solum brevi magnum terræ tractum aquis liberandum sed idoneum etiam futurum, quem absque jactura valetudinis homines et habitare, et colere possint.

His ego *Excellentissime Domine Comes*, quæ uti in valetudinem hominum, ita et in ejus curatores *propensam TUAM voluntatem patefaciunt*; sed vel maxime *benevolentia illa, et facilitate TUA*, qua omnes eos dignaris, qui in aliquo studio ad publicam utilitatem elaborant, *permotus non verebar a TE suppliciter petere, ut hanc de Tremore Dissertationem inauguralem medicam TIBI, Illustrique TUO generi sacram esse patiaris*; et in *TUO præsidio, TUAque tutela habere velis*

in *Excellentissimo Nomini Tuo*

perpetuo devotum

Josephum Fischer.



TREMOR.

DEFINITIO.

Tremor SWIETENIO (a) est „ mus-
culorum vacillatio inter tonum & la-
xationem „ seu est celeris oscillatio
musculi se involuntarie alternatim con-
trahentis ac relaxantis. Eadem fere
dixit R. A. VOGEL (b), aliique (c).

G E N E R A.

I. *Tromos* est tremor musculi agen-
tis. P. FORESTI (d) frater, ubi scri-

(a) Ad H. BOERHAAVII §. 627.

(b) Praelect. de cogn. et cur. praec. c. h. affect.

(c) F. W. EHMICKE Diss. de tremore symptom.

(d) Obs. et cur. medic. L. Io. Obs. 99.

beret, adeo manu tremebat, ut calamus vix contineret, nec regere posset, quin sæpissime e digitis dilaberetur. Simile quid narrat PH. HOECHSTETTERUS (e): „ est (inquiens)... vir apud nos, cui manus dextra nullum defectum sensit quavis diei hora, nisi cum mane calamo . . . in scribendo uti vult, incipit quidem sine fastidio scribere, nisi quod fortius comprimat priores digitos tres, quibus ars scribendi opus concessit; . . . at cum jam unam aut alteram absolvit lineam, subito manus quasi retrahitur, ut non secundum lineam rectam manus versum scribat, sed deorsum ad calcem chartæ ducat lineam, ni vi quædam pennam extollat. Catarrhis obnoxius, prius sensit in axillam destillationis nocumentum, quod in muscolum palmarem deflectens hanc lassitudinem tremulam et convulsioni æmulam causavit. Hactenus usus optimis remediis topicis et avertentibus materiam, purgando &c. id effecimus, ut mitius malum saltim fit, &c. Apud G. HORSTIUM (f) vir ad

(e) Obs. med. Dec. 4. Cas. 10. Schol. p. 462.

(f) Obs. med. P. 2. L. 3. Obs. 14.

40 annos natus, in templo stans novos conjuges juncturus, involuntarium lævi pedis motum sentit, ob quem territus undiqve inhorruit, ut non nisi pulpito innixus negotium absolveret. Ab illo tempore quoties suggestum conscendit, vel etiam de concione habenda sollicitus fuit, semper ejusdem pedis tremorem est expertus, quem totius corporis horripilatio, febrilis instar, excepit, sine ullo dolore. Plura id genus exempla in sequentibus occurrent.

2. *Palmos seu palpitatio aut jectigatio*, est tremor musculi quiescentis, (seu potius membri quiescentis, ad quod musculus tremens pertinet). Luculentum hujus mali casum in Commercio Norico (g) e Diario Gallico (h) excerptum est legere: Religiosus 33 annor. post acerbos totius corporis dolores triduanos incidit in totius corporis tremorem. Omnes musculi sic contremiscunt, tanquam multi subessent vermes continuo se se agitantes. In externo corporis habitu non raro enascuntur certi circuli

(g) Tom. I. Specim. 50. art. 6. p. 395.

(h) Suite de la Clef du Cabinet 1731. Nova
art. I. §. 2.

momento apparentes & disparentes vel, ut fulgura, quorum pernicitatem motitationes horum circuloꝝ æmulantur. Perinde P. HOECHSTETTERI (i) textori e fame et frigore cachectico, 40 annor. pedes cum saltu quodam tremebant, seu ambularet baculo nixus, seu federet, seu cubaret. Palmum vero cum tromo junctum s. SCHULTZ (k) in adolescente observavit horrendum ac diuturnum aliquot hebdomadam, cum aponia, cophosi, amaurosi, anosmiaque: æger nihil intelligens edebat tamen, bibebatque, neque nisi acerrimo clysmate egerebat; sed sudor aderat foetidissimus consumptivus. Cum jam a medicis depositus esset, præter spem penitus sensim convaluit.

3. *Univèrsalis*, qui omnes musculos visibiles voluntarie agentes vexat, vel plerosque saltem, qualem perpeffi fuere ægri bini PLATERI (l), totidemque LEDELII (m), et religiosus paulo an-

(i) l. c. cas. 10.

(k) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 6. obs. 148.

(l) Vide infra No 5. et caus. procat. No 2. a).

(m) Vide caus. procat. No 5. et prognos. No 2. f).

te (n) memoratus, nec non PECHLINI (o) rusticus, aliiqve.

4. *Particularis*, qvi unum aut plura, sed non omnia, membra tenet, ut est tremor

a) *Linguae*, qvem in puero E. HAGENDORNIUS (p) observavit.

b) *Capitis*, qvalem BALLONIUS (q), tum BORELLUS (r) in viro, ac V. RIEDLINUS (s) in puella nubili, obtinuisse meminere.

c) *Manuum* tremorem in mercatore vidit I. de MURALTO (t), in præbytero I. REYDT (u), in barbitonfere S. LEDELIUS (x): *brachium* dextrum tremuit servæ HOECHSTETTERI (y), WEPFERI qve (z) Præconi sacro 57 annor. qvi gutta rosacea infectus, studiisque perpetuis deditus, jam

(n) No præced.

(o) Vide prognosim No 4.

(p) Vide procat. caus. No 5.

(q) Epidem. L. 2.

(r) Vide caus. procat. No 4.

(s) Vide infra No 6.

(t) Vide caus. proeg. No 2.

(u) Vide curat. pharın. No 6.

(x) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 7. obs. 126.

(y) Vide cur. chirurg. No 1.

(z) De affect. capit. obs. 107.

inde a teneris toto latere dextro corporis facilius, quam lævo, sudans, dudum brachio dextro, etiam super mensa quiescente, tremuit, vix ut cochlear ori admoveere quiret; graviora tamen corpora firmiter levibus tenere valuit, in his enim prehensis impotentiam quamdam sensit, ita ut quandoque calamo scribere citra fornicationem vel stuporem nequiverit. Brachium sub culcitra tectum non tremuit: at sub concione tremente eodem tremor lævum etiam brachium pedesque invadebat. Dolorem æger continuum sub axilla dextra querebatur: cetera sensuum omnium vigor aderat, cum somno itidem bono, nisi dum vel mox a sumpta cœna inibatur, vel diutius trahebatur; hinc enim caput grave, inde somnum inquietum experiebatur. Tentata varia exigua profectu; imo tremor totum sensim corpus invalit vehementior, ut jam vel suum æger nomen difficillime scriberet, poculumque ambabus manibus ori admoveere deberet. Accessit capitis obtusio, vertigo titubans, memoriæ immunitio, gravitas artuum, &c. Exitus ignoratur,

d) *Pedum* tremor afflixit juvenem REYDTII (a), virumque RIEDLINI (b), nisi quod huic dexter tantum, illi vero uterque tremuerit. Textori HOECHSTETTERI (c) perinde uterque tremebat.

e) *Dimidii corporis*. Feminæ cuidam apud G. HORSTIUM (d) a puerperio ultra 12 et plures annos totum latus finistrum vigilantibus continuo præter voluntatem ita movebatur, ut oculus perpetuo nictitaret, labia assiduo diducerentur et coirent, brachium subsultaret; digiti gesticularentur, et pes nunquam consisteret, omnia tamen sine sensu et dolore; dormienti vero omnia quiescebant. Sic etiam diuturno lateris dextri tremore senem quendam laborasse narrat G. H. VELSCHIUS (e), quod idem accidit viro I. D. MAUCHARTI (f),

(a) Vide curat. pharm. No 6.

(b) Vide prognos. No 6. a).

(c) Vide superius No 2.

(d) l. c.

(e) Consil. medic. cent. 2. No 32.

(f) Vide caus. procat. No 7.

5. *Continuus*, qualem præsertim toto corpore patiebatur PECHLINI (g) æger, BOUCHERIQUE (h), Religiosus supra (i) dictus, adolescens SCHULTZII (k), femina HORSTII (l), ac E. PLATERI (m) civis, qui ab ortu
 „ . . . ad extremam ætatem usque bra-
 „ chiis, manibus, digitis, pedibus, qui-
 „ bus inter eundem veluti saltabat, ca-
 „ pite etiam, quod agitabat, & maxil-
 „ la, qua veluti masticabat, totius cor-
 „ poris tremore et concussione hac la-
 „ borabat, nec unquam quietus, etiam
 „ dormiens, esse potuit. Et nihilomi-
 „ nus tamen in caveis ex filo æneo ar-
 „ tificiose conficiendis avicularum, aliis-
 „ que minutis operibus laborans se
 „ suosque liberos et uxorem alebat.
 „ Hunc a continuo hoc tremore Zit-
 „ terhang vocabant „.

6. *Intermittens* seu per vices affli-
 gens, qualis erat capitis in V. RIED-
 LINI (n) virgine nubili, quo illa sub-

(g) Vide prognosim No 4.

(h) Vide curat. pharm. No 6.

(i) No 2.

(k) Ibidem.

(l) Præc. No 4. e).

(m) Obs. med. L. 1. p. m. 158. sq.

(n) Lin. med. Ann. 6. Septemb. 24 p. 1075. sq.

inde nil minus cogitans corripitur solebat,
 et pedis dextri in ejusdem patre identi-
 dem aliquoties de die molestus, Me-
 minit etiam idem Auctor (o) viduæ,
 quæ post quamlibet dejectionem alvi-
 nam toto corpore tremebat. Sed N.
 TULPIUS (p) casum tremoris periodi-
 ci non vulgarem memoriæ prodidit
 „ conspectum in . . virgine pallida et
 „ habitus plane pituitosi, quam perio-
 „ dicus hic tremor exagitavit integrum
 „ triennium, facto initio ab omnibus
 „ membris, sed mox desinens in sola
 „ brachia ac crura, commovens illa
 „ non affiduo, sed interpolatis dunta-
 „ xat vicibus, durante qualibet periodo
 „ ad horas ferme duas cum gutture
 „ rauco et voce suppressa. Sub cane
 „ vero et ardente serio contremiscebant
 „ ipsi membra qualibet sesqui hora;
 „ cum reliqua tempora cottidie unam
 „ solummodo cernerent periodum. Sed
 „ mensis Martius conveniebat quot-
 „ annis cum ordine dierum canicula-
 „ rium. Nonus dies erat semper in-
 „ teger et expers omnis molestiæ, præ-

(o) Vide curat. pharm. No 4.

(p) Obs. med. L. 1. C. 12.

„ terquam quod in eo mutaretur affi-
 „ duo hora insequentis periodi; sive
 „ ab occulta aliqua illius numeri pro-
 „ prietate, sive a sanguine illo die
 „ frequentius quam aliis emisso. Ipsorum
 „ autem circuituum ordo conve-
 „ niebat manifeste modo cum maris,
 „ modo cum lunæ, modo cum solis
 „ motu; prout enim horum variaret
 „ ratio, pro eo etiam vel celerius vel
 „ tardius accedere et recedere recipro-
 „ cantis tremoris circuitus. Sicuti nam-
 „ que maris motus pendet a sole ac
 „ luna, sic quoque videre fuit, perio-
 „ dicum huic motum plurimum immu-
 „ tari ab eorundem siderum vel acces-
 „ su vel recessu: quippe hieme erant
 „ tremores hi tardi, æstate contra ce-
 „ leres, et sub Sirio tot propemodum
 „ circuitus, quot horæ. A quo tamen
 „ molestissimo tremore vidimus tandem
 „ hanc virginem integre restitutam „
 Apud F. HOFFMANNUM (q) matro-
 na 46 annor. audita filie morte contre-
 mit, huicque tremorem quotidie ea-
 dem mortis hora experiebatur, sponte
 tandem evanidum.

(q) Conf. et resp. med. Cent. 2. cas. 192.

C A U S A E.

I. P R O X I M A.

Pro ratione duplicis speciei morbi duplicem quoque causam proximam statuit SWIETENIUS (r), nimirum in tromo „ videtur (inquit ille) deficere „ copia subtilissimi illius fluidi; cujus „ impetu per voluntatis imperium de- „ terminato inflantur muscoli; in quo „ casu voluntate quidem tenduntur „ muscoli, sed non adest illa copia spi- „ rituum, ut æqvabili vi muscoli tensio „ perennet „. In palmo vero „ vide- „ tur nasci tremor, quia in sensorio „ communi (a quacunqve demum cau- „ sa hoc factum fuerit) oritur talis al- „ terna irritatio, ut causæ musculum „ tendentes agant subito, mox cessent, „ renascituræ deuo „. Generatim vero „ utroqve in casu videtur hoc ob- „ tinere, quod nempe potentix mo- „ ventes nunc applicentur musculis, „ mox desint, renatæ deuo, iterum- „ que cessantes „: nisi quod brevis diuturnitas seu interrupta earumdem ap-

(r) l. c.

· plicatio in tromo defectui liquidi nervei,
 in palmo vero peculiari sensorii com-
 munitis dispositioni tribuenda sit „ per
 „ quam alternus ille (fluidi nervei) in-
 „ fluxus in quosdam nervos ad unum
 „ vel plures musculos tendentes exci-
 „ tatur simili fere modo, ac per vo-
 „ luntatis imperium fieri potest, (pos-
 „ sumus enim per voluntatem facere,
 „ ut tremor oriatur in toto corpore
 „ vel in quibusdam partibus.) tremor
 „ nascetur, licet et debita copia liqui-
 „ di nervosi et arteriosi, et utriusque
 „ facilis meabilitas, adsint, et vasa
 „ omnia pervia fuerint „. Etenim a
 defectu spirituum tremorem in primo
 casu nasci, docent sequentia phænome-
 na: 1^o) Tremor in levandis magnis
 ponderibus, ad quæ justa copia spiri-
 tum deest vi fabricæ (s): 2^o) Tre-
 mor in fine acutorum: 3^o) Tremor
 post evacuationes, inedia (t): 4^o)
 Tremor senilis: 5^o) Tremor, dum
 nervi ligantur vel rescinduntur, obser-
 vatus (u), &c. Prætereo hic vitiose

(s) Ibidem.

(t) Ibidem.

(u) ERMICKE l. c. §. 6.

prolatas causas proximas tremoris a GALENO, SAUVAGESIO, GAUBIO, &c. quas EHMICKE (x) recte confutat.

II. REMOTAE.

A. PROEGUMENAE.

1. *Ætas senilis.* Siquidem ob vasa plurimam abolita minor spirituum copia secernitur. Pulchre Poetæ senium ætatem tremulam vocant.

2. *Hæreditaria labe.* J. de MURALTO (y) mercatorem novit a nativitate manibus trementem, quod mater 8vo graviditatis mense ob nuncium occisi cultro mariti insigniter contremuisset.

I. THIERMAIR (z) „ novit patrem „ et filium ambos medicos, magno humidoque capite et vasto corpore præditos, in ætate declinante continuo „ manuum ac pedum tremore insigniter „ vexatos fuisse „

3. *Idiosyncrasia.* Dicitur SCALIGER nasturtium aquaticum nequivisse

(x) Ibidem et §. 9.

(y) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 8. obs. 4. Schol. p. 22.

(z) Lib. 2. Conf. 10.

intentius contueri, quin toto corpore tremere (a).

4. *Viscerum variorum labes.* RIOLANI (b) Abbas post bimestrem pedum tremorem et palpitationem superveniente totius corporis stupore letali mortuus lienem habuit exacte quadratum, 3 palmos latum, 4 digitos crassum, et undique cartilaginosa substantia incrustatum.

B. PROCATARTICÆ.

I. *Animi pathemata*, præsertim terror et ira. Terror autem sæpissime, seu immediate sensorium commune mutans, seu quatenus evacuationes præfentes (v. g. menses, ut in metallali dicitur) sistit. SWIETENIUS (c)

„ vidit . . . virum, qui in ætatis vigore
 „ dormiens horrendo tonitru fragore
 „ expergefactus fulmine domum incen-
 „ sam esse credidit, et postea in talem
 „ tremorem totius corporis incidit, ut
 „ nullus omnino musculus voluntatis

(a) Anecdoten medicinische No 112.

(b) Anthropogr. L. 2. C. 23. in BONETI sep. an. L. 1. S. 13, obs. 6.

(c) l. c.

„ imperio mobilis ab illo immunis fo-
 „ ret. Vixit in hoc statu per 20 au-
 „ nos, in reliquis sanus, et loribus
 „ suis semper assidens prætereuntibus
 „ miserrimum spectaculum præbens,
 „ dum tam valido tremore concuteren-
 „ tur omnes partes corporis, ut me-
 „ dia quamvis hyeme caleret et rube-
 „ ret, imo et sudore sæpe difflueret.
 „ Dum dormiebat, cessabat tremor, vel
 „ saltem admodum minuebatur, redibat
 „ autem, simul ac evigilaret,,. Me-
 „ dicus fama inclytus matronam novit,
 „ improvise mariti exterritam adventu
 „ (qui id temporis utique acciderit, quo
 „ mulieres suos viros haud præsto-
 „ lantur) tam vehementi correptam
 „ tremore, ut nullo animæ imperio vi-
 „ riumque contentione ab eodem se se
 „ fere per horam expedire valuerit (*d*).
 „ Ita CHR. F. PAULLINI (*e*) narrat
 „ rusticam gravidam e terrore in manuum
 „ tremorem incidisse. Perinde apud F.
 „ HOFFMANNUM (*f*) matronæ periodi-

(*d*) Medic. Anecd. No 94. p. 202.

(*e*) Nuc. moschatæ descript. S. 2. P. 1, M. I.
C. 13. §. 4. p. 162.

(*f*) Vide Genera No 6.

cus tremor terrori ortum debuit; nēque fecius ille, quem ægrotæ HARTII (g), et D. CORNARII (b) sunt perpētæ. N. RIGLER (i) narrat tremoris ex ira tota vita durantis casum. Sed nec alia animi pathemata sunt hinc excludenda; s. A. TISSOT (k) novit anum prope septuagenariam, cui magnum gaudium cordis arteriarumque tremorem excitavit, ut idcirco pulsus arteriarum numerare non fuerit integrum.

2. *Ingesta* sangvinem rarefacientia vel neryos lædentia, ut

a) *Medicamenta* acria. s. A. TISSOT (l) vidit matronam, quæ a pilulis ex aloe, rheo, diagrydio & gummi ammon. paratis in tremorem incidit; nunquam forte curabilem.

(g) Vide cur. pharmac. No 4.

(b) Vide prognos. No 6. a).

(i) Constit. epid. A. 1775. sqq. Cap. 6. p. 141. sqq.

(k) Abhandl. v. den Nerv. u. ihren Krankh. 2 Band 9 Cap. 3 art. §. 108. p. 344.

(l) Abhandl. von den Nerv. u. ihren Krankh. 2 B. 8 Cap. 10 art. §. 80. p. 235.

b) *Spirituosi potus*, vinum, \forall , &c. (m). Sic R. FONSECA (n) tremorem ex largo vini ejusque semicorrupti potu memorat. Apud F. PLATERUM (o) senator crapulæ deditus tremore pedis et brachii levi, sensim ad dentes et gurgulionem usque ascendente, corripiebatur, qui epileptiæ instar primo circa pollicem pedis incipiens ad genu tantum, et in brachio ad cubitum usque ascende-
bat. Remediis frustra usurpatis morbo in dies plus debilitatus fatis cessit. Ab eadem causa tremuere ægri LEDELLII (p), et ZACUTI (q).

c) *Caffee potus* uberior. G. BAGLIVUS (r) „ duos vidit ex nimio Caffee „ abusu incidisse in tremorem brachii et „ debilitatem, statimque convaluisse „ ejusdem potione prætermissa, nec nisi cum moderatione adhibita „ .

(m) SWIETEN l. c. ad §. 629. sub fin.

(n) Lib. I. Conf. 38.

(o) Mantissa ad observ. No 6.

(p) Vide curat. chirurg. No 2:

(q) Ibidem No 3.

(r) Prax. med. L. I. de capit. affect. in acut. p. m. 76.

d) *Saburra* ex ingestis vel humorum colluvie, a qua tremorem ortum curavit SAUVAGES (s).

e) *Mercurius* deglutitus vel inhalatus. Tremoris a pilulis ☿ bus assumptis orti meminit BALLONIUS (t). Frequentius tamen morbum ☿ ius forma vaporis corpus intrans creat. C. I. TREW (u) narrat mulierem diu speculis amalgama e ☿ rio inducentem 2 annis ante obitum, 60 annos jam natam, incidisse in omnium artuum tremorem in dies auctum, insequente dein tumore glandularum sub lingua, et carie maxillæ inferioris tanta, ut dentes mobiles una cum frustulis cariosis alveolorum facile eximerentur, cum intolerabili fœtore oris. Quæ aptis remediis etsi omnia minuerentur, tamen circ. 3 ultimis mensibus venter pedesque tumuere, ac demum ingesta penitus indigesta excernens tandem obiit, tota emaciata. Apud V. RIEDLINUM (x) femina ex ☿ li fumo concidit subito fere paralytica, molestif-

(s) Vide curat. pharm. No 1. a).

(t) l. c.

(u) Aët. nat. cur. Vol. 4. Obs. 140.

(x) Lin. med. anni 1. Januar. 15ta p. 19:

fimo tremore subsequente, cum lingvæ et oris tanta debilitate, ut vix verbum distincte proferre posset. Ab eadem causa tremoris orti meminit I. C. LETT-SOM (y), et MURRAY (z).

3. *Vermes* primarum viarum, a quævis tremorem universalem ortum meminit I. H. FÜRSTENAU (a), artuum superiorum inferiorumque vidit eundem J. H. FUCHSIUS (b). Perinde tremorem a vermibus natum referunt AMATUS (c), BAEUMLEIN (d), GARMANNUS (e), aliique, præsertim G. F. HJORTBERG (f) meminit viri 51 annorum, qui per 5½ annos vehementer tremebat artubus omnibus, collo, brachiis, manibusque, ut malo interdum celeriter introrsum verso ad 1¼ ulnæ a terra in altum subfiliret. Querebatur insuper æger de torminibus, ac sensu tensionis, suctionis, volutionisque in stomacho. *ictus*

(y) Vide cur. pharmac. No 5.

(z) Vide curat. chirurg. No 3.

(a) Vide curat. pharmac. No 2.

(b) Ibidem.

(c) Ibidem.

(d) Ibidem No 1, c).

(e) Ibidem.

(f) Act. Svec. T. 27 trimestr. 3. No 4. p. 213.

electricus ad locum abdominis, ubi motum plurimum sentiebat, determinatus tam graves causavit convulsiones, ut vix a 3 hominibus teneri posset, iteratque aliquoties porro electrici ictus idem semper efficiebant, ac manu abdomini admota non modo percipere fuit internos illos motus, verum etiam tubera pugnum magna in abdomine lateribusque, huc illuc mota, visabantur. Datum ergo decoctum ex herbis amaris cum sem. cynæ et sale Anglicano; cujus ab iterato usu tæniæ pollicem latæ pars $\frac{1}{2}$ ulnam excedens egesta est. Cum vero haud amplius æger redierit, ulterior successus ignoratur. Utrum vero a cerebri verme tremor sit repetendus, cujus meminit G. GARNERIUS in BONETO (g), res est admodum suspecta, nisi uspiam ulcus externum in cranium patuit, qua illuc pervenire potuisset. Sed nulla hujus est mentio.

4. *Evacuatio sani magna.* „ Sic „ videmus, inquit SWIETENIUS (b), „ jugulata animalia, dum magna jam „ copia sanguinis effluxit, tremere.

(g) Sepulcr. anat L. 1. S. 1. Obs. 116.)

(b) l. c. ad §. 629.

„ Post diarrhœas validissimas, choleras,
 „ aliasque similes subitaneas et profusas
 „ evacuationes tremores nasci quoti-
 „ diana observata docent „. Sic apud
 P. BORELLUM (*i*) vir quidam „ verno
 „ tempore sibi venam tundi curavit,
 „ nullo licet morbo detineretur : sed
 „ statim capitis tremore correptus fuit,
 „ quo per annum laboravit „. Ad
 idiosyncrasiam vero potius, quam nimiam
 vacuationem pertinet fabri ferrarii apud
 N. TULPIUM (*k*) casus, cui nunquam
 feriebatur brachii vena, quia contrem-
 misceret protinus vel manus integra
 vel saltem pollex ejus lateris. Hic de-
 mum apoplexia obiit. T. BARTHO-
 LINI (*l*) „ puer quadrimus . . . post
 „ diarrhœam et mictum cruentum in ca-
 „ pitis artuumque tremorem incidit,
 „ cetera sanus vividique coloris „. Por-
 ro idem hic Auctor „ novit pauperem
 „ virum sexagenarium, cui involunta-
 „ rie tremunt membra omnia ob debili-
 „ tatos fame et frigore artus nervos-
 „ que „. Onauia forte etiam deberi

(*i*) Hist. et obs. med. phys. Cent. 2 Obs. 45.

(*k*) l. c. Cap. 23.

(*l*) Hist. anat. rar. Cent. 5. hist. 58.

credibile est tremorem ab HELMERS-
HAUSENIO (*m*) in milite observatum,
certe LANZONI (*n*) famulus a ni-
mia ꝑ re tremuit. A vigiliis protractis
cum mœrore conseqvente curisque mor-
bum contraxit æger J. VESTII (*o*).

5. *Metastases* sani vel morboſi. Puer
ſeſquiennis poſt tertianam ſuppreſſam
incidit in tremorem lingvæ celeritate
viperinæ ſimilem, dum comederet, qva
tremente, tremebant una omnes faciei
muſculi. Cetera puer ſanus erat et ro-
buſtus, et a tremore hoc etiam nervi-
nis in externisqve adhibitis convaluit,
narrante E. HAGENDORNIO (*p*). Ab
eadem cauſa morbum ortum vidit MON-
RO (*q*), WILLISON (*r*), STRUVE (*s*).
A tinea ſuppreſſa DURETUS (*t*). Ab
hæmorrhagia narium cohibita virgo
RIEDLINI (*u*) toto corpore tremebat

(*m*) Vide curat. diætet. No 2.

(*n*) Ibid. chir. No. 3.

(*o*) Vide cur. pharm. No 4.

(*p*) Hiſt. med. phyſ. Cent. 1. hiſt. 18.

(*q*) Vide prognof. No 6. c.

(*r*) Vide cur. chir. No 3.

(*s*) Vide cur. pharm. No 4.

(*t*) Vide diſſert. de Tinea.

(*u*) Vide curat. pharmac. No 1. b).

cum dolore. LANGIUS (x) tremorem brachiorum cordisque ob lochiorum defectum narrat. Apud P. FORESTUM (y) femina 35 annor. e defectu catameniorum quotidie, aut paucis admodum intervallis, potissimum sub noctem, sentiebat ex imo ventre vaporem quemdam ascendere per vasa usque ad maxillas, quarum in musculis palpitationem, genarumque ruborem et postremo dolorem causavit. Alia (z) puella ex iisdem mensibus suppressis in periodicam brachii dextri palpitationem incidit. Ita et s. LEDELI (a) ancilla 17 annor. e catameniiis a terrore subito subsistentibus quotidie aliquoties artuum tremorem, non diuturnum quidem, sed post 3. 6. 7. horas semper revertentem, patiebatur; qui revocato rursus mensium fluxu desit. VICAT (b) a mensibus suppressis tremorem cum contractura artuum vidit. s. A. TISSOT (c) memi-

(x) Lib. 3. Epist. 2.

(y) Obs. et cur. med. L. 10. Obs. 100.

(z) Vide cur. chirurg. No 1.

(a) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 6. obs. 27.

(b) Obs. med. append. obs. 3. p. 199.

(c) Abhandl. v. den Nerv. u. ihren Krankh.,
2 B. 8 C, 10. art. §. 66. p. 194.

nit ægri diuturnum vehementemque pedis dolorem passi, qui cum e consilio nescio cujus dolenti cruri fotum unctuosum ac spirituosum admovisset, dolor evanuit; at ejus in locum tremor totius corporis successit, cum balbutie ac stupore quodam, ut apoplexia imminere videretur. Festinavit ergo æger ad thermas Plombieres, quarum usum nuper vix inchoatum ob negotia interrumpere est coactus: ibi dolor pedi rediit; continuoque omnia nervorum mala conticuere.

6. *Morbi nervorum prægressi, præsentis, instantesve.* Sic narrat I. P. LOTICHIUS (d) Comitem ad 40 annos natum post colicam biliosam ex abusu vini semel atque iterum toleratam in manuum tremorem incidisse. C. RAYGERUS (e) refert senem vietorem a pediluvio aquæ gelidæ in hyeme post aliquot dies in tridui singultum incidisse, cui fugato intra annum amaurosis lævi primum, tum et dextri, oculi successit: post 3 annos accessit horrenda arthritis, cui se perpetuus tremor so-

(d) Obs. med. L. 6 C. 2 Obs. 1. p. 492.

(e) Misc. nat. cur. dec. 1 ann. 6 Obs. 214.

eisvit, non curandus. Huc etiam per-
 tinet Jurisperitus apud v. MASSAM (f),
 cui e lapsu in latus dextrum, præsertim
 coxam, ista vehementer dolebat cum
 corporis tremore, maxime juncturarum
 ac lacertorum, motusque voluntarii
 impotentia. Haud equidem est impro-
 babile, tremorem hunc a valida in la-
 psu nervorum compressione accidisse;
 quandoquidem ab hac sola alias etiam
 tremores observantur, quales præser-
 tim P. VALCARENGHI (g) in pneumo-
 nicis, dum prætumidus pulmo arteriam
 subclaviam ei que vicinos nervos pre-
 meret, observavit. „ Sic ob eandem
 „ (inquit ille) causam nobilis D. C.
 „ de MUSSIIS... quondam maximo
 „ derepente tremore in dextro brachio
 „ correptus fuit, cum ex eadem parte
 „ suppuratio in pulmone facta esset,
 „ cum acuto et gravativo simul dolore
 „ fere semper superius sub clavicula
 „ usque ad jugulum protenso. Tremor
 „ iste et dolor paulatim evanuit dissol-
 „ ventibus variis atque laxantibus si-

(f) Epist. med. T. 2. Ep. 18. p. III. 128.

(g) Med. rat. const. epid. A. 1733 sqq. in Cremona,
 civit. complectens S. 2. C. 2. §. 128. p. 75.

„ mul extrinsecus adhibitis remediis,
 „ atque præsertim puris maxima copia
 „ per excreatum edueta, cujus ope
 „ affectus pulmo a gravi, quo prius te-
 „ nebatur, infarctu liberatus non am-
 „ plius consentientes nervos comprime-
 „ re poterat. Non hic tamen ex toto
 „ illico convaluit, relicta forûtan in
 „ affecta parte non modica læsione ab
 „ excretis purulentis, a vocis raucedini-
 „ ne, tussi et spirandi difficultate iden-
 „ tidem magis magisque vigente, &c.
 „ satis indicata. . . . Hinc quoties ma-
 „ jor copia puris in affecto pulmone
 „ concrefcebat, nova statim fiebat ner-
 „ vorum compressio: unde denuo aut
 „ tremor aut langvor in eodem bra-
 „ chio insurgebat; quod in ipso pluries
 „ observavi „

7. *Acre ad nervosa loca hærens.* I. D.
 MAUCHART (b) narrat mercatorem
 sibi fuisse curandum, cui oborta in dex-
 tro calcaneo ex ambulatione pustula,
 filo laneo trajecta ac negligenter habita
 abscessum latentem sub cute causavit
 siue ulla partis mollitie, rubore, tumo-
 re, nisi quod repente a quadriennio

(b) Misc. nat. cur. Cent. 1. et 2. Obs. 124.

dextro pedi ob dolorem calcanei primum, mox totius, insilire nequiret, cui 3^o die accessere tremores convulsivi pedis, dein cruris, tandem totius lateris dextri, periodici, dolorosique, semper a calcaneo occipientes. Cum a pediluvio pejus haberet, cataplasma emolliens cum euphoria est admotum, alteroqve die apertus abscessus multo pure effuso sanitatem restituit. Ita etiam R. WHYTT (i) tremorem totius corporis in puella 23 annor. cui apis colulum pupugit, secutum narrat.

8. *Febres* cum continuæ (præsertim malignæ), tum intermittentes, initio, decursu, vel fine tremorem causare solent, sed varia ratione. Etenim tremor in frigore intermittentium evidenter spasmi nervorum debetur; in acutis vero continuis, si per principia adest, humorum immeabilitati, teste SWIETENIO (k), vel etiam saburræ acri primarum viarum, in fine autem earundem debilitati ob vasa distracta vel evacuationes prægressas (l) est tribuendus.

(i) *Sämmtliche zur pract. Arzn. gehör. Schriften* p. 327.

(k) l. c. ad §§. 627. 630.

(l) *Ibidem*

Sic „habeo, inquit s. SCHULTZ (m),
 „ sub cura mea . . . matronam . . . quæ
 „ tremore totius corporis post febrem
 „ catarrhalem laborat ex debilitate et
 „ virium magna prostratione, ab hu-
 „ morum plenitudine; sed in dies . . .
 „ calor iste febrilis lentus remittit,
 „ unaque tremor, urinæ etiam coctæ
 „ apparent cum spe convalescentiæ „
 Epidemicæ indolis prorsus erat, quem
 observavit suis in ægris F. CAMERA-
 RIUS (n), cui simile quid etiam ob-
 servaverat COUS (o) dicens: „ quibus-
 „ dam circa initia velut quidam tremor
 „ digitorum et labiorum inter loquen-
 „ dum aderat, reliquarumque partium,
 „ et effrænata linguæ volubilitatem
 „ habebant. His præcipue facies rubef-
 „ cebant, et inebriabantur, aut vom-
 „ itione probe utentes intumescebant „
 Qui vero post intermittentes superstes
 est, is utique duplici ratione accidere
 potest, nimirum vel a materiæ febrilis
 metastasi, vel a motibus febrilibus im-

(w) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 6. obs. 148.
 sub fin.

(n) Vide prognosim No 6. b).

(o) Epidem. L. 4. No 36.

perfecte suppressis. Posterioris generis tremor fuit, quem J. HEUERMAN-
 NUS (p) in murario quodam observavit.
 Iste enim aliquot hebdomadis post, quam
 eum febris reliquit, capite brachiisque
 tremere cœpit cum inordinato oculo-
 rum huc illuc motu, ac demum super-
 veniente diarrhœa. Hanc electuarium
 diascordii et confectio cardiaca Edin-
 burgensis sustulit; tremor vero haud
 citius desit, quam ad usum remediorum
 antiebrilium. Ac tum demum ex to-
 to convaluit. Similes duos casus etiam
 A. DE HEYDE (q) memoriæ prodidit,
 nempe „ ad febrem quotidianam sedan-
 „ dam ligni colubrini $\frac{\text{ʒ}}{\text{em}}$ assumit tor-
 „ neator quidam circa vesperam; sub-
 „ sequente nocte se se satis bene ha-
 „ buit; sed mane surgere vel corpus
 „ movere fatagens sentiebat tremorem
 „ in membris. Accersitus exhibeo
 „ MR^{am} hypnoticam, et intra paucas
 „ horas tremore liberatur æger. Ejus-
 „ dem ligni semidrachma assumpta a mu-
 „ liere cachectica præter tremorem ex-

(p) Vermischte Bemerk. u. Untersuch. der ausüb.
 Arzneywiss. I Band p. 65.

(q) Obs. med. 53.

„ citavit et stuporem, ita ut ægra nul-
 „ lius rei curam haberet, nesciens ...
 „ se esse in mundo vel vivere. Cura-
 „ tur MR^a hypnotica „

P R O G N O S I S.

I. *Portendit* varia in morbis acci-
 dens, teste HIPPOCRATE, ut sunt
 præsertim

a) *Excreta nigra.* „ Quibus ma-
 „ nus sunt tremulæ cum capitis et cer-
 „ vicis dolore, levi aliqua surditate af-
 „ fecti nigricantes reddunt urinas et
 „ densas. In his casibus nigrorum pro-
 „ gressum expectare et suspectum habe-
 „ re oportet „ (r). Velut ægro in
 DEALCIS horto (s) accidit.

b) *Hæmorrhagia.* „ Quæ contin-
 „ gunt circa ventrem palpitationes cum
 „ præcordiorum contentionem oblonga
 „ et intumescente, sanguinis ex uari-
 „ bus profluvium denunciant, idque
 „ quandoque cum horroris sensu (t) „

(r) Prædictorum L. 1. No 95.

(s) Epidem. L. 3. S. 1. ægrot. 3. p. m. 1066.

(t) Prædict. L. 1. No 144.

Aliter paulo alibi (u): „ quæ contin-
 „ gunt in febre circa ventrem palpita-
 „ tiones, mentis emotiones adferunt:
 „ quin et sanguinis ex naribus proflu-
 „ vium cum horroris sensu interdum
 „ accedit „

c) *Convulsiones.* „ In tremulis et
 „ anxietate vexatis parvi ad atres tu-
 „ mores excitati convulsionem denun-
 „ ciant, si alvus male affecta sit, (x).

d) *Delirium præsens vel imminens.*
 Sic (y) „ præcordia . . . incensa . . . aut
 „ dolentia, aut intenta, aut inæquali-
 „ ter affecta dextra parte ad sinistram,
 „ hæc omnia animadvertenda sunt: quod
 „ si etiam pulsus (palpitatio) in præ-
 „ cordiis inlit, perturbationem aut de-
 „ lirium indicat, „ Porro (z) „ dolo-
 „ res circa umbilicum cum palpitatione
 „ mentis quidem alienatæ significatio-
 „ nem quamdam præbent; sub judica-
 „ tionem vero his plurimus et creber
 „ flatus cum singulari contentione pro-
 „ dit. Quin et ad suram dolores in

(u) Coac. No 298.

(x) Ibid. No. 353.

(y) Prænotion. p. m. 38. lin. 8. seqq.

(z) Prædict. L. 1. No 36.

his mentis alienationem indicant „ De palpitationibus circa ventrem paulo ante (a) coī effatum dedimus.

e) *Phrenitis*. „ Phrenitici parum bibunt, ex levibus strepitibus facile irritantur, tremuli sunt, aut convulsionibus tentantur „ (b). Item (c): Vellementi infania detenti, tremuli, cum crebra sputatione, metus est, ne phrenitici evadant „ Denique (d) dementiæ, in quibus tremuli sunt ægri, obscure aut vix quidem desipere videntur, aut aliquid investigantium more sensum contrectant et palpant, miro quodam modo phrenitim prænunciant, non secus ac DIDYMARCHO in Co contigit „

f) *Aphonia letalis*. „ Quos palpitationes in totum occupant, num plerumque voce defecti intereunt? „ (e). Alibi (f) vero: „ quos vox cum febre et absque ulla judicatione deficit, ii tremuli intereunt „

(a) Præced b).

(b) Coac. No 96. Prædict. L. 1. No 16.

(c) Coac. No 94.

(d) Prædict. L. 1. No 34.

(e) Ibid. No 30. & Coac. No 347.

(f) Coac. No 247.

2. *Perniciosus* tremor est, si una adest

a) *Delirium furiosum*, huicque ille supervenit. Etenim „in furiosa et „vehementi mentis emotione succedentes tremores malignitatem denunciant „(g), imo ut alibi (b) conuenit „exitio sunt „. Porro (i) „deficiunt cum voce stridula, lingvæ revulsione, ac ipsi quoque tremuli, „vehementem mentis alienationem significant. In his durities aut asperitas perniciem minatur „.

b) *Phrenitis*. Namque (k) „in intensa phrenitide tremores letales „.

c) *Vomitus æruginosus* cum siccitate insigni. Siquidem (l) „ubi jam perniciies imminet, parvi tremores et „æruginea vomitio, et in quibus inter potandum strepitus quidam percipitur, quique præ siccitate murmur quoddam sentiunt, et qui ob spiritum tussiculosum ægre devorant, in gra-

(g) Prædict. L. 1. No 14.

(b) Coac. No 93.

(i) Ibid. No 99.

(k) Ibid. No 97.

(l) Ibid. No 62.

„ vibus malis perfrigeratis, perniciose
 „ habere judicandi sunt,,.

d) *Cophosis, apbqnia torpor.* Nam (m),
 „ gravi surditate tentati, dum aliquid
 „prehendunt, tremuli, lingvæ reso-
 „ lutione ac torpore affecti male habe-
 „ re judicantur,,.

e) *Tetanoidei rigores, cum dolore,*
 &c. „ Cervix dura cum dolore, et ma-
 „ xillarum connexio, ac jugularium
 „ venarum palpitatio vehemens cum
 „ tendinum distensione, perniciem mi-
 „ nantur,, (n); atqve huc PHILINI
 uxor (o) pertinet, ac Phreniticus (p).

f) *Tremor universalis, vehemens,*
 continuus cum febre acuta, præsertim ex-
 anthematica, pessimus. s. LEDELII (q)
 femine morbillis contagio contractis a
 primo invasionis momento adfuit omni-
 um artuum tremor continuus, im-
 prius autem lingvæ, id quod et degluti-
 tionem impediabat, quem 3^o die, fru-
 stra exhibitis remediis, mors excepit.

(m) Ibid. No 197.

(n) Coac. No 261.

(o) Epidem. L. 1. S. 3. æger 4. p. 976.

(p) Ibid. L. 3. S. 3. ægr. 4. p. 1100.

(q) Misc. nat. eur. dec. 3. ann. 1. obl. 64.

Similem pene casum alibi (r) refert de primipara 10^o post partum die in tremorem universalem, ad omnia remedia contumacem, ac 3^o die letalem, lapsa.

Ex his ergo patet, quando a tremore plurimum sit metuendum. Verum, uti omnia alia, ita et hæc prognostica exceptionem patiuntur. Sic V. A. MOELLENBROCCIUS (s) „ curavit... fatorem... febre acuta laborantem, „ qui 3^a die hoc affectu (tremore) „ prehendebatur, et quod majus erat, „ festucas colligebat, de lecto floccos „ evellebat, quod ex sententia HIPPOCRATIS letale habetur, virium summa „ aderat prostratio, extrema frigebant, „ et in principio morbi die 7^o sibi mortem prædicebat, quam quoque certo „ instare omnes adstantes putabant; ast „ tunc sudore critico accedente æger „ præter omnium spem convaluit. Idem „ olim civi... de cuius vita quoque „ desperavit, et... mulieri contigisse „ observavit.

3. *Criticus* tamen etiam quandoque est, seu potius crisin secuturam porten-

(r) Ibid. ann. 9. obs. 115.

(s) Ibid. dec. 1. ann. 2. obs. 90.

dit, in febris. Sic „ vehementes „ phrenitides in tremorem desinunt „ teste HIPPOCRATE (t), et in 3^{na} continua criticum fuisse tremorem FERD. EPIPHANIUS (u) observavit. „ Novimus, inquit etiam L. G. KLEIN (x), „ cephalæam diurnam tremore brachii ac manus protracto solutam „.

4. *Hereditarius vel inveteratus* vix unquam curatur; epilepsiæ enim indolem præ se fert. Sic PLATERUS (y) „ tremere ... quorundam non solum „ manus, in quibus hoc frequentius „ accidit, sed et brachia, nonnunquam „ et caput simul, idque non solum mane, dum jejuni sunt, sed et reliquo diei tempore noctuque in recumbentibus et dormientibus aliquando observavit, atque in plerisque ad finem vitæ usque durasse, nec curari potuisse „: id quod SWIETENII (z) vir, textor HOECHSTETTERI (a), merca-

(t) Prædict. L. 1. No. 9.

(u) Hist. 41.

(x) Interpr. clin. tit. tremor. p. 231.

(y) l. c. p. m. 158.

(z) Vide caus. procat. No 1.

(a) Vide genera No 2.

TOR MURALTI (b), binique ipsius
 PLATERI (c) ægri sunt experti. Illus-
 trem casum narrat I. N. PECHLINUS (d):
 „ rusticum. . . novus et insolitus omnium
 „ membrorum tremor exercebat, nul-
 „ la in homine malacia, sed perpetua
 „ inqvies; namque nuuc in has nunc il-
 „ las partes corpus univcrsum membra-
 „ que ejus singula volutabat. Nulla
 „ gesticulatio pantomimis usitata, quam
 „ non imitari videretur *αλλαπρόσαλλος*;
 „ neque ulla adeo res erat, quæ mo-
 „ tum istum in perpetuo hoc mobili
 „ compescere poterat; minuebat qui-
 „ dem non nihil sessio hoc symptoma;
 „ sed non penitus tollebat; adeo ne-
 „ que oculorum de nocte quies ulla;
 „ quamvis enim cilia subinde clauderet,
 „ perpetua tamen sub iis palpitatio.
 „ Vox indigesta et tremula, aereque
 „ velut pendulo expressa. Labra tre-
 „ pidantia. Caput horsum prorsum et
 „ in utramque partem promiscue volu-
 „ tabatur. Brachia et pedes in perpe-
 „ tua libratione et saltu voluntatis im-

(b) Vide caus. proegum. No 2.

(c) Vide genera No 5. et caus. procat. No 2. a).

(d) Obs. phys. med. L. 2. obs. 32. p. 295.

„ perium non morabantur. Manus in
 „ omnes formas fugebat crepantibus
 „ digitis, mox resumpto impetu eas cir-
 „ cum caput rotabat, mox demittebat
 „ iterum; sed vix minutulæ quies, cum
 „ denuo illas ad caput eodem libra-
 „ mento, sed vago et tremulo, revo-
 „ caret. Thorax inflexis lateribus et
 „ ipse modo in hunc modo illam par-
 „ tem disjiciebatur. Totus autem ho-
 „ mo sive machina eundo subsultim in-
 „ cedebat, ordineque incerto; nunc
 „ titubanti similis, nunc præcipiti, nunc
 „ cunctanti. Quæ quidem in ipso aspè-
 „ ctu ratiore erant, quam ut verbis ex-
 „ primi possit. Hoc malo jam inde ab
 „ aliquot annis infestatus nullis admo-
 „ dum remediis sanari potuit. Itaque
 „ ad fontes, qui ibi forte in agro eru-
 „ perant, missus cum plerisque fontium
 „ hospitibus meliorem valetudinem ex-
 „ spectabat, sed frustrato eventu; et
 „ sic domum redux fati committi de-
 „ buit „. Parentes olim verberibus
 violavit.

5. *Effectus* diuturni sunt

a) *Lassitudo et debilitas*, a perpe-
 tua videlicet quassatione, cujus exem-
 plum memorabile vidit SWIETE-

„ NIUS (e) in virgine 4^{na} laboran-
 „ te, et simul mobilissima in toto syste-
 „ mate nervoso; hæc enim singulis 4^{na}
 „ paroxysmis per tres 4ve horas tam
 „ valido tremore concutiebat, ut
 „ diebus intercalaribus miserrime defa-
 „ tigata jaceret, vixque posset recolli-
 „ gere vires, quibus sequenti paroxys-
 „ mo tolerando sufficeret. Idem pue-
 „ ro LEDELII (f) accidit.

b) *Morbi nervorum alii.* Sic tre-
 mori capitis continuo, etiam in somno,
 post terrorem in gravida 30 annor. ac-
 cessit paralytis imperfecta lævi pedis,
 in qua motu integro persistente sensus ita
 abolitus erat, ut nec profundæ scarifica-
 tiones nec ignis dolorem excitarent, te-
 ste I. A. GENSELIO (g). RIOLA-
 NUS (b) vidit D. D'ANDRAGUE post
 bimestrem pedum tremorem continuum
 in paralytin totius corporis letalem de-
 lapsam.

(e) l. c. ad §. 628.

(f) Vide cur. chir No 2.

(g) Annal. Vratisl. Tent. 5. A. 1713. Sept. Cl.
2. art. 3. §. 2. p. 1587.

(b) Anthropogr. L. 2. C. 24.

6. *Solvitur morbus hic*

a) *Sponte* interdum. Apud V. RIED-
 LINUM (i) viro ante plures annos pes
 dexter aliquoties per diem intremuerat
 non solum in motu sed in quiete etiam,
 idque adeo interdum, ut eidem ne in-
 sistere quidem posset; imprimis vero
 equitanti ita subinde tremebat, ut ab
 adstantibus videri potuerit. Licet vero
 nec diætæ erroribus pepercerit, nec re-
 media unquam adhibuerit, tamen ma-
 lum suapte paulatim ex toto desit.
 Perinde apud D. CORNARIUM (k) „ 8
 „ annorum virgo ex subita quadam
 „ perterrefactione incidit in tremores
 „ ac commotiones manuum ac pedum,
 „ sinistri præsertim lateris, inordinatas,
 „ ita ut ambulare libere non posset;
 „ aderat capitis dolor, calor aliquando
 „ præternaturalis ipsam molestabat, lin-
 „ guam quoque exserere perfecte non
 „ poterat: idcirco difficulter ac impe-
 „ dite loquebatur. Appetitus cibi et
 „ potus semper manebat justus; de no-
 „ ctæ bene dormiebat. Durabat hic
 „ affectus per menses 5 fere, licet usa
 „ fuerit variis remediis a peritis medi-

(i) Lin. med. ann. 6. Sep:emb. 24. p. 1077.

(k) Observ. med. Cap. 23,

„ cinæ doctoribus ipsi ordinatis tum in-
 „ ternis tum externis : in dorsum per
 „ temporis intervalla duæ cucurbitulæ
 „ cum scarificatione interdum appositæ
 „ sunt ; bibit etiam sarsaparillæ deco-
 „ ctum pro sudore, et pro quotidiano
 „ potu per mensem post univrsalium
 „ præmissionem. Tandem ex improvi-
 „ so paulatim iterum et expedite loqui
 „ et recte ambulare cœpit,,

b) *Crisi* varia, quæ præsertim in
 febre epidemica tremula ab E. CAME-
 RARIO (1) observata locum habuit.
 „ Anomalous (ait ille) istiusmodi morbus
 „ in pagis pluribus verno cum primis
 „ tempore proruperat, magis tamen
 „ afflixit unicum pagum, in quo fre-
 „ quentior longe ac fere inmitior se-
 „ per plures exhibuit, desæviitque men-
 „ ses, molestia insigni incolis gravissi-
 „ me incumbens, pluribus quam 40 æ-
 „ gris sensim sensimque eo malo tortis.
 „ Etsi acuto ad necem decursu ægros
 „ haud abriperet, ingentes nihilominus
 „ in angustias redegit eos, quos ado-
 „ riebatur. Adgrediebatur vero junio-
 „ res æque ac adultiores, senesque, las-

(1) Act. nat. cur. Vol. 2. Obs. 51.

„ situdine omnes ingenti corripiebantur, caligabant oculi, ac quaedam quasi nebula suffundebantur, ut quidam ne legere quidem amplius potuerint, turbidum erat caput, et stupore quodam obvelatum, symptoma autem præcipuum erat tremor insignis quaquaversum in corpore obvius; adeo autem apud nonnullos invaluit tremor, ut familia integra ob tremoris vehementiam pertinaciamque preces amplius fundere haud posset. Jungebatur et præcordiorum angustia, et respirandi difficultas; quidam laborabant mitius proteiformi hoc malo, ita ut et aliquibus adhuc, etsi ægerime, pares essent laboribus: alii vero diutissime torquebantur, quidam totis 7 hebdomadibus, imò et rusticorum aliquis per integras 18 septimanas sustinuit infaustum tremorem, langvoremque subdolum. Appetitus non erat prostratus, nec somnus adeo impeditus, quamvis et in lecto tremere loci Pastor, tribus quoque septimanis afflictus tremula lue. Præcesserant per hyemem totam ferocissimæ tusses; sed et morbus perviolentam solvebat in pluribus tussim, qui tamen de juncta excretionis tætere

„ ingrato conquerebantur; febris mani-
 „ festa morbum haud comitabatur, et-
 „ si tussi præcordiorum junctæ fuerint:
 „ largior ac diuturna coryza in aliis co-
 „ lophonem morbo imposuit, in aliis
 „ autem sudor, qui a potu sumpto mox
 „ largior invasit, eratque sudor ordina-
 „ rium symptoma. Diarrhœa in qui-
 „ busdam ægris morbum solvit, quem-
 „ que jam memoravimus, R. Pastor 3
 „ integris septimanis quavis nocte diar-
 „ rhœa fuit vexatus. Causam, quam
 „ assignarent malo, vix inveniebant ru-
 „ stici: tempestatum vicissitudines alii
 „ accusabant, alii suspicabantur tem-
 „ lentas lolii noxas, alii funesta jam
 „ alibi secalis adusta grana, ... nec cer-
 „ tum tamen aliquid et ultra vagas as-
 „ surgens conjecturas licuit inde ex-
 „ sculpere „ J. LANZONUS (m) me-
 „ minit monialis 44 annorum, quam a re-
 „ currente vertigine cum continuo capitis
 „ manuumque tremore ad remedia contu-
 „ maci sponte ingruens diarrhœa liberavit.

c) *Metastasi* vero solutum vidit
 A. MONRO (n) in femina 40 annorum,

(m) Consult. med. 32. Opp. T. 2. p. 77. sqq.

(n) Treatise. Edinburg. T. 2. No 19. p. 398. sqq.

plebeia ac laboriosa, quæ inordinata semper, ac toto quandoque anno etiam nulla catamenia experta, sæpius hæmoptoen ad plurima remedia contumacem patiebatur, donec A. 1727 ætatis 37^{mo} catharticum aliquoties assumpsit; abhinc enim non nisi bis hæmoptoe rediit. Mense Novembri 1728 post catameniorum fluxum rite finitum incidit mulier in quotidianam tota hyeme durantem, quæ vires habitumque maxima pro parte exhaustit. Appetente vere accessiones spectato cum invasionis tum durationis tempore fiebant perquam inordinatæ. Perpetua aderat nausea et anorexia, toto simul dolente corpore, et cum catameniorum jam inde ab initio febris emanatione, ita ut ne molimina quidem ulla eorum senserit. Æstate A. 1729 varia sumpsit febrifuga, at nullo alio successu, quam quod febris paulisper cessans iterum reversa fuerit. At Martio 1730 pro paroxysmis cum horrore et æstu ingruit vehemens tremor (vel potius agitatio) jam capitis jam brachiorum jam pedum, jam omnium horum simul, nec reversionum nec durationis tempora certa tenens, sed ter quaterve in dies repetens; qui dein quotidianæ typum induit; ac demum,

ubi per plures abfuiſſet dies, rurfus ad alterutrum prius dictum modum revertit. Huic tremori comites quoque erant alterni dolores capitis, colli, pectoris, abdominis : atque hoc in ſtatu 15^{to} Aug. 1730 in noſocomium recepta eſt. Pulſus vix a naturali abluit, præſente etiam tremore, tantus licet iſte fuerit, ut robuſtus etiam vir manum a motu continere nequivet. Appeterè ac digerere ſanorum inſtar videbatur ; alvus erat libera ; urina ſatis proceſſit, boni coloris, et ſine lateritio ſedimento. Nuſſiam in corpore tumor viſus. In noſocomio morbus remittit ſenſim, demumque emetico e ſem. ſinapi 4^o vel 5^o quoque die, et mane quovis ſal. ammon. ʒij exhibitis plane ceſſit. Verum per initia Septembris rediit cardialgia, quam brevi poſt anomalus tremor conſecutus eſt, priſtinis remediis non fugandus. Magnis igitur præbiis datum galbanum cum aſa lætida et ſal C. C. et interpolata cathartica aloetica ; quæ levamen quidem attulere, at non diuturnum. Incaſum quoque emetica cum ſale ammon. iterata ; nec plus proſuere alexipharmaca et dein ſtomachica. Hinc noſocomio dimiſſæ conſilia dein ſuggerebat MONRO, dando nervina roborantia ; at per

inde frustra. Tandem Decembri mense brachio dextro prope cubiti articulum admodum intumefcente cum vehemēti dolore tremor desit. Tumori cataplasma e mica panis cum lacte admotum, addito unguento althææ, dolorem paulisper mitigavit; tumor autem increfcens inſequenti Aprili pus lente colligebat. Ex abſceſſu prope olecranium aperto multum puris aqvoſi effluxit. Data ergo pro deligatione neceſſaria. Sed cum nec qui apte hæc applicaret, eſſet, nec ægra ſæpius in urbem concedere poſſet, abſceſſus in duobus fistuloſa ulcera abiit, aſſiduo adhuc aliquid tenuis puris aqvoſi plorantia. Antibrachium itaque incurvum ac rigidum factum, cubito vel parum vel nihil mobilitatis retinente. Interea tamen toto hoc tempore nec hæmoptoen nec alternos dolores nec tremores amplius, aliudve incommodum præter brachii dolorem ægra eſt perpeſſa. Notat porro Auſtor, morbum huius mulieris tolerabili modo vel ſic deſiſſe, ut ut brachii dextri uſum penitus fere amiſerit, optimumque omnium ſimilium ab ſe vel viſorum vel auditorum caſuum fuiſſe huncce exitum; ſiquidem neminem illorum norit, qui ex anomalo id genus tremo-

re post febres intermittentes perperam tractatas orto penitus fuisset percuratus. Subdit, notum sibi esse quempiam, quem assiduo tenuit molesta febris, nullo inde alio percepto fructu, nisi quod ad aliquot hebdomades a tremore factus fuerit liber.

CURATIO.

I. INDICATIONES.

1. Causa tollenda, vitanda.
2. Nervi pacandi, roborandi.

II. INDICATA.

A. PHARMACEUTICA.

1. *Cathartica vel emetica* : horum usum indicant.

- a) *Saburra* primarum viarum.
,, *Quadragesarius* tremore universali spasmodico correptus subito, sine febre, cum lingvæ sorditie, adivit
,, *SAUVAGESIUM* (0) : præscripta

(0) Nosol. meth. T. 2. P. 2. Cl. 4. Ord. 3. artt 14; No 12.

„ phlebotomia melius se habuit, sequen-
 „ ti die assumptis Ypecac. gr. xv et
 „ mannæ ꝑ iij ano et cato purgatus est;
 „ 3^a die iterata phlebotomia, 4^a ite-
 „ rata catharsis, et sanatus est,,.

b) *Plenitudo vasorum.* V. RIED-
 LINI (p) virgo post hæmorrhagias na-
 rium, a pueritia sæpe enormes tolera-
 tas, subsistentes in tremorem totius cor-
 poris cum omnium membrorum dolore
 incidit, nec Væ Se, nec absorbenti-
 bus, anodynis, nervinis, Ωiis, ♂tis,
 sed solis tandem catharticiis continuatis
 superandum.

c) *Vermes primarum viarum.* C. F.
 GARMANNI (q) civis diu noctuque
 horrores cum tremore, signisque ver-
 mium præsentium, passus, nec tegumen-
 tis nec balnei calore minuendos, cum
 ab anthelminticis nihil profecisset, tan-
 dem cathartico sumpto „ globulos duos
 „ vermium magnitudine ovi gallinæ per
 „ alvum excrevit cum materia fœtida
 „ et purulenta. Cessavit eodem mo-
 „ mento horror et eodem die consue-
 „ tos et per tot menses intermissos

(p) l. c. ann. 1. Martii 9na p. 101.

(q) Misc. nat. cur. dec. 1. ann. 1. obs. 104.

„ adiit labores „. BAEUMLEIN (†) meminit pueri 10 annor. a sesquianno artuum tremorem ad omnia rebellem passi, donec dato cathartico insignis copia ascaridum ac lumbricorum expulsa tremorem et amblyopiam ad aliquot hebdomades sopivisset. Hinc etiam

2. *Anthelmintica* data expulsiis vermibus tremorem tollunt, seu cum catharticiis seu per se data, præsertim vero ☿ lia. Sic I. H. FUCHSII (‡) adolescens 14 annor. post infantie variolas cachecticus, postque terrorem ac lapsum ventris laterisque dolorem sentiebat, et sub diæta prava venter etiam intumuit, quæ nullis remediis cedentia potius manuum pedumque tremorem cum virium et memoriæ indies imminutione ac temporaria sensuum abolitione acciverunt, quamvis æger et bene appeteret, et dormiret quietus. Donec e narium prurientium fuscique ac lividi circum oculos circuli præsentia, ascaridumque antea interdum excretionem, vermes adesse intelligerentur. Idcirco dato julepo

(†) BÜCHNER misc. phys. med. math. 1730. Octobr. Cl. 2. art. 3. p. 1399.

(‡) Act. nat. cur. Vol. 2. Obs. 143.

ex ∇^a gramin. hypericon. et absinthia
 c. $\frac{\text{ʒ}}{\text{io}}$ curr. coct. et syr. addito, tum
 ante pastum ess. amar. vesperi vero pi-
 lul. balsamicis ex extr. amar. et gum-
 matib. compositis, externe vero impe-
 rato litu capitis artuumque Ω u nervi-
 no, post aliquot dierum usum horum
 remediorum continuatum magna ver-
 mium copia alvo prodiit, indeque et
 tremor mox desit, et memoriæ rediit
 vigor, neque sensuum abolitio amplius
 obrepit. Perinde narrat I. H. FÜRST-
 TENAU (t) puellum $\frac{5}{4}$ annor. post ab-
 lactationem in epilepsiam, symptomata
 febrilia, ac diarrhœam iucidisse, a queis
 cum vix curatus se se aeri horrido bo-
 reali exposuisset, farinaceisque ac sac-
 charatis se interfisset, universali tremo-
 re est correptus, lævum magis latus præ
 dextro infestante, cum siti, æstu, ano-
 rexia, &c. In somno tamen tremor ab-
 erat. Cum vero digestiva, cathartica,
 emetica, absorbentia, temperantia, ac
 diapnoica frustra essent, admitta iis sunt
 anthelmintica; præcipue vero dabatur
 $\frac{\text{ʒ}}{\text{v}}$ viv. c. sacch. subactus, cujus diligen-
 ti usu die morbi 14^o exacto lumbricus

(t) Ibidem. Vol. 9. Obs. 28.

ingens alvo prodiit, sicque tremore sensim remittente æger profus convaluit. Apud AMATUM (u) puella 4 annor. febrem continuam cum intercurrente universali tremore passa, cum et narium pruritus et halitus oris verminosus proderet, exhibitis cathartics cum antihelminctics, ac sub finem bolo armen. convaluit.

3. *Attenuantia* lentorem humorum immeabilium in principio acutorum (x), si ab hoc tremor originem duxit, non sunt negligenda.

4. *Antispasmodica* vero in ataxia spirituum, lentiori que communis morbofa dispositione sunt in usum vocanda, ut sunt moschus, camphora, castoreum, vinum, fl. Zinci, etc. E. G. STRUVE (y) anniculo iutanti a 3^{na} epidemica perperam tugata in continuu omniu profus membrorum tremorem cum lingvæ perinde tremulæ amplissima ex ore porrectione lapso, ceteroquin vero recte per omnia valenti, litum nervinum spirituosum pro externo usu, in-

(u) Curat. medic. Cent. 5. cur. 7.

(x) SWIETEN l. c. ad §§. 588. 630.

(y) Comm. Nor. T. 2. A. 1732. hebd. 46. p. 365.

terne vero TRam ꝯ ii acris cum balsamo vitæ remixtam quotidie ad aliquot guttulas sæpius sumendam præbuit eo cum successu, ut post 14 dies exiguus tantum superfuerit dextri brachii tremor; qui etiam non multo inde post desit, puello recte abhinc valente. Actamet-
 ſi D. G. GALEATIUS (z) *moschum* in repetente tremore inutilem viderit, poterit alias esse salutaris. *Castoreo* multum tribuit HEURNIUS (a). Porro P. BORELLUS (b) „accipe (ait) *pavonis* „*ſinum*, et cum ∇^x vitæ s. q. distem- „pera, eoqve utatur in potu tribus vi- „cibus matutinis, ſinus vero ad ʒj „pro qualibet vice ſufficiet, et cura- „bit ſenum importunos capitis tremo- „res „. Apud V. RIEDLINUM (c) vidua 45 annor: cum e lapſu tibiam lævam fregiſſet, atqve hujus in cura a vini potu arceretur, in alvi obſtructionem incidit, qua cathartico reſerata, poſt 3 hebdomades quotieſcunqve alvum poſuit, ſemper totius corporis tremor cum ſudore frigido et inſigni virium proſtra-

(z) Comment. Bonon. T. 3. p. 188.

(a) L. de capit. morb. C. 27.

(b) l. c. Cent. 3. obſ 98.

(c) l. c. Ann. 5. Novemb. 9na p. 1193. ſqq.

tione est secutus, qui concessio denuo vini potu rursus evanuit. DOEVEREN (d) curandam habuit puellam 7 annor. e terrore spasmos motusque convulsivos patientem, quos semper tremor totius corporis, præsertim vero pedum, seqvebatur. Die 6^o morbi dabantur fl. Zinci gr. jv in 5 ðes divisa cum levamine: idcirco dedit

R. Sacch. in pollinem red. ʒ ij.

Fl. Zinci gr. xij. M. divid.

in doses xij. S. ter de die No j. qveis absumptis morbus omnis desit: et cum post bimestre subitus terror eundem revocasset, sumptis flor. Zinci gr. jv in 5 ðes decem divisis iterum est profligatus. J. VESTI (e) curandum habuit virum 33 annorum, phlegmatico-melancholicum, qui dum ad affinis perquam cari e morbo maligno decumbentis lectum vigiles aliquot hebdomadam noctes du-cendo, tum e morte amborum horum conjugum mœstitia affectus, nec aliis

(d) I. HART diss. de Zinco 4to Lugd. Bat.

(e) Diss. sistens ægrum artuum tremore correptum (4to Erfurti 1694 Resp. J. M. KNIRHOF) p. 5. 14. 15.

quoque curis laboribusque vacuus, extenuari cœpisset, simul ad contagium susceptum diffundum emeticis ac diaphoreticis aliquoties usus insignem sibi etiam debilitatem accivit, multisque passim per brachia puniceis maculis obortis in vehementem incidit artuum tremorem cum totius corporis lassitudine, quam præsertim ante meridiem ac jejuno stomacho trihorii vertigo non levis comitata'atur. Secta vero bis intra 14 dies vena, imperatoque idoneo regimine, sequentis præ primis MRæ ter iteratæ usu prorsus convaluit:

R. Aquæ lavend.

— rosmar. aa ʒijʒ

— theriac. simpl.

— cinnam. aa. ʒʒ

Ω vol. ol. sylv. ʒj

Essent. moschi

— ambre

TRæ castor. aa ʒʒ

— anodyn. gtt. xviiij

Cinnab. nativ.

— ʒ ù aa. ʒj

Syr. fl. tunic.

— cinnam. aa ʒijʒ

M. S. omni hora ex agitata

MRæ cochl. j.

5. *Diaphoretica*, ubi metastases cutaneæ, vel ꝑ ii vapor aut usus, morbum produxere, sæpe egregie profunt. Ad ꝑ um præsertim e corpore exigendum landatur admodum *Essentia Pimpinellæ albæ* (f), ejusve decoctum. O L. BORRICHIUS (g) meminit inauratoris, quidum hyeme quadam in conclavi spiraculis camini carente inaurans fumos ꝑ ii ore naribusque affatim haulisset, sentire paulatim cœpit vertiginem, gravitatem, crebrasque et usque adeo vehementes anxietates, ut proximum metuerit exitium, idque cum virium prostratione, pulsu suppresso, cadaverosa facie, artuumque tremore. Restitutus est sudore crebro alexipharmacis moto, præ primis vero multo radicis pimpinellæ saxifragæ decocto potu, neque etiam minus efficaciam præbent *flores Sulphuris*. Narrat I. C. LETTSON (h) ab inauratione, quæ ope ꝑ ii fit, tremorem contractum usu florum sulphuris, et in fine Cort. Peruv. dato, deluisse,

(f) SCHULZE præf. ad dispens. Brand.

(g) Act. med. Hafniens. Vol. 2. Obs. 79.

(h) Medic. Nachricht. von dem allgem. Dispensator. in London 7 Abschn. 9 Fall p. 274.

nempe inaurator 20 annorum mense Decembri 1773 levem utriusque brachii tremorem sentire cœpit, qui intra paucas hebdomades usque adeo invaluit, ut non modo brachia valide jactarentur, sed totum etiam corpus in motus iret, præsertim si ad firmum quoddam corpus se se non applicuisset. Cum in hoc tum pluribus ejusdemmodi casibus ad curationem suffecit sulph. cum cortice. Per 2 hebdomades datæ bis in dies flor. sulphur. ʒ ij, bisque perinde quotidie brachiis unguentum volatile illitum. Sulphur leniter alvum ciebat; ac licet æger toto hoc tempore suis vacarit laboribus, tremor tamen sensum deliit. Abhinc per hebdomadem decoctum corticis potui datum vires ac sanitatem firmavit, ægerque mense Martio 1774 est dimissus.

6. *Roborantia, adstringentia*, in fine acutorum, vel quacunqve vasorum laxitate, nervorumque atonia, &c. (i), præsertim ʒlia et cort. Peruvianus, et Salvia, cujus cerevisiam (salviatam) multum hic extollit P. FORESTUS (k),

(i) SWIETEN l. c. ad §. 630.

(k) l. c. L. 10. Ocf. 99.

„ novi (inquiens) aurificem valde tre-
 „ mulum , qui continuo ea cerevisia
 „ utebatur , et salvia semper utens ,
 „ modo cruda cum pane butyraceo ,
 „ modo in cibis , idque continuando ,
 „ a tremore liberatum fuisse „ . BOU-
 CHERI (1) vir ad 40 annos natus trime-
 stri semperque crescente totius cor-
 poris tremore , a gravi corpusque con-
 tinuo concutiente labore orto , affectus ,
 sumpta , post præmissa humectantia , emol-
 lientia , ac refrigerantia remedia , his
 dosi præscripta sequentis § is convaluit :

R. Cort. Peruviani electi ʒ ss.

— — Cascarillæ

Croci ʒ aperit.

Succini ppti aa ʒ ij. M. F. ʒ
 subtilis in doses 22 dividendus , S. m.
 et v. No j. Huc pertinent aquæ fote-
 riæ ʒ les, ut Spadanæ , Piperinæ , Ruh-
 lenses , &c. Sic I. REYDT (m) narrat
 juvenem 15 annor. pedum tremore af-
 fectum usu aquarum piperinarum prorsus
 convaluisse. Porro (n) sacerdos ex ab-

(1) VANDERMONDE Journ. de Medec. &c.
 T. II. p. m. 398.

(m) Hydrophilacii I Th. 12 Cap. p. 275.

(n) Ibidem p. 218. 1q.

usu tabacci manuum insignem tremorem passus usu earundem aquarum et moderata δ Nicotianæ sumptione perinde stabilem recuperavit sanitatem. Perinde apud A. F. BERTRAM (o) mulier a multa ira ac terrore tremorem, cephalalgiam, vomitumque nata, ubi ab his idoneorum remediorum usu aliquatenus libera evaüt, in vagos arthriticos manuum præsertim ac digitorum dolores incidit; pota vero 21 diebus ordinate aqua Ruhlenfi profus convaluit. J. FANTONUS (p) quoque tremoris meminit aquis ferratis percurati.

B. C H I R U R G I C A.

I. *Sanguinis missio.* ¹ HIPPOCRATIS (q) „ STIM'ARGI ancilla Idumæa „ ex filiæ partu uteri osculum convolutum habuit, et in coxendicem et tibiam dolor firmatus est. Secta ad malleolum vena convaluit, etsi totum corpus tremores occupabant.

(o) Von dem Ruhler - Stahlwasser p. 63.

(p) Commentar. de quibusd. aquis medicatis p. 37.

(q) Epid. L. 2. S. 4. §. 2. p. m. 1037.

„ Verum ad causam ipsam et causæ oc-
 „ casionem, aut primordia, devenien-
 „ dum fuit „ Procul dubio, quia a lo-
 „ chiis suppressis tremuit. Sic P. HOECH-
 „ STETTERUS (r) „ tremens seu jecti-
 „ gatum brachium dextrum vidit ...
 „ servæ cujusdam: hujus totum corpus
 „ quiescebat, solum brachium jectiga-
 „ tione spasmodica concutiebat; ca-
 „ co-hymica erat, crassa, cum men-
 „ struis parcis. Purgato corpore, præ-
 „ misso tamen prius præparante „ data
 „ nervina, uterina, emmenagoga, &c.
 „ cum non prodesse, Væ Se brachii
 „ affecti facta tremor illico desit. Ita
 „ etiam P. FORESTI (s) puella ex men-
 „ sibus, Væ Se brachii dextri sub eorum
 „ fluxu celebrata, suppressis omni perio-
 „ do menstrui fluxus revertente, loco hu-
 „ jus, palpitationem brachii loco eodem,
 „ quo vena erat secta, experiebatur cum
 „ dolore, idque per aliquot menses: do-
 „ nec vena saphenæ pedis adventante
 „ mensium periodo secta mensium fluxus
 „ revocatus tremorem sustulisset. Prodest
 „ etiam sanguinis missio, si opus iterata,

(r) l. c. cas. 7. Schol. p. 417. sq.

(s) l. c. Obl. 101.

ubi phlogisticus lentor principio acutorum tremorem causat (t).

2. *Enemata* quoque, ubi tremorem sordes primarum viarum creant, egregie profunt. Sic s. LEDELII (u) bimulus, cum aeri libero se exposuisset, ac dein spiras vino imprægnatas ingessisset, media nocte vehementer vomuit cum insigni virium dejectione. Vomitu ope sacculi herbis carminativis farcti ventriculo admoti sopito ingruit capitis totiusque corporis tremor cum pavore et oculorum nictitatione, auorexia, alvoque biduum clausa, qua enemate soluta, dabantur nervina sine fructu; cum altero enemate iuncto alvus ter succedens pavorem tremoremque multum imminuit, et reliquias ejusdem sustulit litus spinæ, nuchæ, temporum, nasi, verticisque tepidus sequente unguento:

℞. Ungv. nervini Augustani ʒij.

 Axung. Castorei ʒij.

 o. Succin. stillat. gtt. viij.

 — Laurini gtt. vij.

 — Majoranæ gtt. vj. M.

Tridui morbo puer ita enervatus est,

(t) SWIETEN l. c.

(u) Misc. nat. cur. dec. 3. ann. 9. obs. 115.

ut nec stare, nec pedem loco movere (id quod prius poterat) quiverit.

3. *Fotus, litus, lavamenta, &c. nervina.* I. CRATO (x) ait valde laudari ∇ am, in qua salvia macerata est, vel ex ea destillatam, si crebro illa manus tremulæ laventur. Apud V. RIEDLI-
NUM (y) juris consultus 50 annis major post obstructions e gravi mœrore, intensosque dolores superatos tantum patiebatur tremorem manuum, ut nec literam exarare posset; qui cum nullis cederet remediis, tandem svasum est, ut sæpius recens mactatarum pecudum sanguini manus immergeret, quo aliquoties facto prorsus tremore est liberatus. ZACUTI (z) juvenis crapulæ deditus, indeque tremore manuum mulctatus, cum frustra varia eidem opposuisset, tandem balneo ex nervinis per 25 dies mane ac vesperi adhibito a tremore est liberatus. Laudatur quoque a FORE-
STO (a) et aliis eundem in scopum urina calens; quod remedium optimum

(x) Lib. sing. conf. med. Epist. 66.

(y) l. c. ann. 5. Januar. 27ma p. 80 sqq.

(z) Prax. med. admir. L. 1. Obs. 39.

(a) l. c. L. 8. Obs. 5. Schol.

„ esse notavit I. LANZONUS (b) . . :
 „ in famulo . . . magno correpto tremore
 „ re ex nimia venere nato , rusticum-
 „ que olim vidit , qui tremores partium
 „ corporis humani curabat applicatio-
 „ ne urinæ pueri calidæ „. Aquæ sim-
 „ plicis balnea calida in illo imprimis
 „ tremore , quem a vaporibus ☿ ii metal-
 „ li tolleres adipiscuntur , sunt perquam
 „ utilia teste A. MURRAY (c) : „ argen-
 „ tum vivum (ait ille) calore in mi-
 „ nutissimos et invisibiles vapores divi-
 „ di , tumque ejusdem esse efficaciam ac
 „ ☿ ii in corpore serpentis , non tan-
 „ tum quotidiana in praxi medica ex-
 „ perientia , verum etiam tusorum et
 „ totorum Idrientium fata clare demon-
 „ strant. Idriæ enim tam in fodinis
 „ quam furnis destillatoriiis ☿ us currens
 „ vel ignis calore vel subterraneo in
 „ vapores sentibus non detegendos du-
 „ ctus præsentiam suam citissime ptya-
 „ lismo declarat. Si vero saliva huere
 „ non incipit , illico tremoribus totum

(b) Misc. nat. cur. dec. 2. ann. 10. obs. 146.

(c) Nonnulla circa methodum luis ☿ x curan-
 dæ medicamenta (4to Uptal. 1777. Resp.
 P. DUBB) y. 7. p. 8.

„ Corpus oberrantibus, tamqve violenta
 „ tis miseri corripuntur, ut pedibus
 „ insistere non valeant, siqve sub pa-
 „ roxysmo ipso vitrum aqua repletum
 „ illis tenendum datur, conqvassatione
 „ continua brachiorum omnem aquam
 „ tanta violentia ejiciunt, ut re gutta
 „ quidem supersit; imo sæpe vitrum
 „ ipsum nullo modo manibus tenere
 „ possunt. Balnea sudorifera et pur-
 „ gantia sola sunt adminicula, quibus
 „ hi sanitati restituuntur. In balneo-
 „ rum etiam diu usitatorum fundo (ut
 „ etiam in illorum balneis, qui tremo-
 „ ribus a nimis ingurgitatis præparatio-
 „ nibus salinis magis dulcificatis cor-
 „ repti fuerunt, & um vivum inventum
 „ fuisse creditur) semper invenitur me-
 „ tallum nudum „. Frigida quoque
 „ balnea, ubi robore solidorum opus est,
 „ inūgniter profunt. Apud POMME (d)
 „ matrona 50 annor. primo conjugii an-
 „ no vertiginem, vomitus, spasmos, do-
 „ lentesqve tensiones convulsivas cum
 „ continuo pedum tremore usqve adeo
 „ patiebatur, ut 27 annos lecto affigeretur.
 „ Post plurima necquidquam adhibita tau-

(d) Abhandl. von den Vapeurs p. 468. sqq.

dem per 5 menses potu ptisanæ pullo-
rum, quam quotidie ad 7. 8ve mensu-
ras hauriebat, ac balneis frigidis uteba-
tur, in quæis quotidie horis 5 ante me-
ridiem, 3 post prandium morabatur.
Primo bimestri ægra supernatavit aquæ
balnei, postea vero mergi cœpit. Ca-
lor ægræ tantus erat, ut aquam semper
temperarit, sæpe adeo, ut recens aqua
affundenda caputque ægræ irrorandum
eadem fuerit. Primis 21 diebus nihil
levata, postea sensit omnibus in arti-
culis dolores obtusos gradatim acutos,
qui demum inter admodum dolentes cre-
pitus obortos, quoad balneis usa est,
durantes evanescebant. Inde membris
mobilitas redibat, symptomata prius di-
cta (vomitus &c.) rarius ac mitiora redi-
bant, donec post bimestrem curam de-
sistere. Exactis 5 mensibus pro balneis
frigidis (hyeme jam instante) pediluvia
calida quotidie ad 3. 4. horas usurpata,
ptisanæque pulli usus ∇ lactis destilla-
tæ adjunctus, ut alternis vicibus eisdem
hauriret. Horum sub usu tensiones ner-
vorum et crepitus continuabant, crevit
sub iis sanitas, caput fiebat liberius,
tremor pedum ex toto desuit, et ægra
jam sine adminiculo e lecto sellæ arre-
pere, totumque conclave pervagari po-
tuit.

tuit. Interim vero corpus matronæ prius leve nunc indies a balneis fiebat gravius, ambulandi facultati officiens, quod ut emendaretur, vectio rheda in usum est vocata. A. WILLISON (e) meminit puellæ 30 annorum, plethoricæ, quæ a trimestri tertiana herbis quibusdam fugata in tremores incidit sæpe recurstantes, et subinde totum corpus, subinde alterutrum brachium molestantes, quandoque vero caput usque adeo agitantes, ut a duobus hominibus contineri nequiret. Pulsus erat debilis ac languidus, venis nihilo secius turgentibus. Aberat appetentia, sitis, et a trimestri catamenia deficiebant. Extra-tremorem ægra segnis erat, ac tam somnolenta, ut ni alii retinuissent, e sedili fuisset ruitura. Tremorem et venturum, et quibusnam in membris esset futurus, præsciebat. Tusa pedis vena, binisque emeticis e sem. sinapi datis, ubi melius habere cœpit, balnea frigida imperata, et ab egressu ex iis manus pedesque fortiter fricare iussa est: quo per 2 hebdomades quotidie factitato penitus convaluit.

(e) Tent. Edinburg. T. 4. N. 25. p. 538. fgg.

4. *Electricitas* quoque tremorem aliquoties auspiciato sustulit, alias vero nihil effatu dignum effecit. Sic C. F. КÜHN (f) „machina sua electrica cum „quodam sene fabro vasorum cupreorum, tremore artuum per 12 annos laborante, tentamina instituit, qui primis statim diebus... melius se habere gaudebat, hinc quotidie per totum mensem scintillas et succussiones electricas secundum experimentum Muschenbrœckianum patienter sustinuit. Agente hoc igne electrico vehementius maculae rubrae statim, ad instar exanthematum urticarum, in parte affecta comparebant, membrumque etiam aliquo madore perfundebatur, pulsus vero non mutabatur, muscoli metallo electrico tacti quasi convulsi... involuntarie flectebantur et extendebantur. Durabat quidem per aliquot menses aridens melior valetudo, ægro de minori tremore artuum, firmiorique eorum motu, persuaso; recrudescente vero malo hæc medicina frustra, per longum tempus reiterata fuit, et

„ æger per annum pristino tremore an-
 „ xie jam laborat „. Fere eundem
 eventum electricitas habuit in A. SO-
 CINI (g) præfecto horti 57 annor. qui
 post binos apoplexiæ insultus artuum
 tremorem cum capitis torpore, gravi-
 tate, vertigine, ac dolorem sub labio
 oris inferiore, spasmi vi trans dentes
 in os revulso, et in gingiva inferiore
 juxta incisores adeo quandoque acer-
 bum, ut nec mandere nec deglutire si-
 neret, passus post varia incassum tenta-
 ta electricitatem demum adhibuit, post
 quam quartum toleratam omnia sympto-
 mata insigniter imminuta erant, post
 10am vero vix non plane desiere, spa-
 tio 15 dierum. At postero die labori
 iræque cælo humido indulgens dolorem
 pristinum experiebatur, electricitate ta-
 men denuo superatum, qua vicelimum
 tolerata caput vigebat, tremore omni
 deleto, solo labii spasmo adhuc restan-
 te. Paulo post autem febris catarrhalis
 ingruens artuum tremorem aliquot die-
 rum revocavit; sed et hinc convaluit.
 Sub quavis electricatione post $\frac{1}{8}$ horæ
 toto corpore, magis vero in capite et

(g) Act. Helvet. Vol. 4. p. 216. §§q.

artubus sensus fornicationis aderat ; in fine autem electrificationis per plures horas vertigine laboravit , nec pedibus firmiter insistere valuit. Pulsus ante durus , tunc simul mollis erat , idque per 5 dies ; postea nulla ejus duritie observata. Trimestre abhinc utcunque sanus vixit ; gingivæ dolor jam et raro et non ultra 1. 2. horas vexavit : sed postmodo malum denuo sensim invalescens in pristinum statum rediit , usque dum homo catarrho suffocativo occubuit. Idem eventus erat in rustico STROEMERI (b) 50 annos nato , qui per 9 annos detilis ultimò ne incedere quidem , nisi aculo aut parietibus suffultus , valebat , ob genuum rigiditatem , totiusque corporis ac lingvæ etiam tremorem. Huic e genu ac femore e icitæ principio scintillæ electricæ levamen ex intervallis attulere , interdum vero rediit rigiditas cum aliquo dolore supra ac infra genu procurrente ; sed lapsis 3 hebdomadis cœpit dolor evanescere adeo , ut æger receptis sensim viribus ambulandi sub finem mensis et tritura-

(b) Schwed. Abhandl. 14 Band 3 Vierteljahr
No 4. p. 205.

ret, et sementem jaceret. Sed ab hoc præmaturo fatigio iterum deterius habere cœpit, ac licet rursus ad electricitatem redierit, ac subinde Muschenbrœckianos ictus sustinuerit, cum spe aliqua emendationis, tamen nondum ad priorem illum statum reduci potuit. Admodum felix A. de HÆN in tremore ope electricitatis abigendo fuit: non pigebit proinde casus illius huc traducere. Sic (i) „ in morbo pectoris (ait) femina „ 23 annor. alio in nosocomio degens „ tremore totius corporis affecta est. „ Datis remediis manus minus, pedes „ semper pessime tremuerunt. Intra 16 „ dies omnis ille tremor ad machinam „ nostram perfectissime est curatus „ Præ primis in deauratoribus tremorem a 5 libris vaporibus passis electricitatem cum fructu adhibuit. Ita (k) „ EYSER- „ LE deaurator tribus abhinc annis artubus cœpit tremere, a 5 vero hebdomadibus vehementer. Vox ita „ erat impedita, ut plane balbutiret, „ vixqve intelligeretur. A 26a Aprilis ad 22 Junii ad machinam fere

(i) Rat. med. P. 1. C. 8. No 10. p. 145.

(k) Ibidem P. 3. C. 6. No 1. p. 202.

„ quotidie accedens perfecte curatus
 „ est. LACKNER (l) deaurator 25 an-
 „ nor. horrendo artuum omnium, ma-
 „ xime superiorum, tremore media
 „ hyeme vexari cœpit; verno autem
 „ tempore ita, ut nihil laboris ultra
 „ perficere, ut nec comedere bibereve
 „ solus, nec loquens amplius intelligi
 „ potuerit. Nutriendus, vestiendus,
 „ et infantis instar alvum urinamque
 „ positurus adjuvandus erat, dolorum
 „ ceterum immunis. Virtute electrea
 „ 3 septimanarum spatio adhibita per-
 „ fectissime convaluit, ita ut ipsi sive
 „ in motu sive in loquela ne vel mini-
 „ mum quidem desit. Ejusdem (m)
 „ frater 20 annor. eodem opificio victum
 „ hui quæritans a se quoviano tremere
 „ cœpit; a 9 mensibus tanto tremore
 „ correptus fuit, ut ad quovis esset
 „ ineptus labores, nec nisi magno cum
 „ cadendi periculo gradus conscende-
 „ ret, ut loquens vix esset præ balbu-
 „ tie intelligendus, ut pueri instar
 „ alendus, vestiendus, et in ceteris ne-
 „ cessitatibus suis fuerit adjuvandus, ut

(l) Ibide n No 2. p. 202.

(m) Ib.de.u No 3. p. 203.

„ trimestri spatio domo egredi haud
 „ posset; et demum adventante calore
 „ repere potius quam incedere per pla-
 „ teas inceperit. Hoc in statu ad ma-
 „ chinam ductus est. Post ejusdem per
 „ 14 dies applicationem solus comedit,
 „ bibit, cœpitque utcumque laborare,
 „ cruribus vix ultra tremulus. Octiduo
 „ dein tam strenue suos peragebat la-
 „ bores, tamque perfecte loquebatur,
 „ quam unquam antea. PACHIN-
 „ GER (n) 39 annos nato deauratori
 „ inceptus elapso abhiuc quinquennio
 „ tremor sensim abiverat; at vero de-
 „ nuo ante biennium crura modice,
 „ brachia vehementer adortus est. Fœ-
 „ de balbutit homo, et ut priores, est
 „ in omnibus ut puer adjuvandus.
 „ Adeo difficulter ingreditur, ut sæpius
 „ humi concidat, dumque corpus pro-
 „ nando sustinere se nititur, vi quasi
 „ supinatur. A. 1757 1^a Aug. cœpit
 „ ad machinam electricam accedere;
 „ sed defuit crebro: negligenter ergo
 „ rem agens potuit tandem præsentis
 „ anni mense Martio solum manducare,
 „ mense autem Aprili utcumque labora-

„ re, Junio vero et optime loqui et
 „ eleganter incedere . . . PUL-
 „ MAN (o) 51 ann. cujus opificium
 „ est lapides pretiosos in aureis argen-
 „ teisque thecis firmare, indiget sæ-
 „ penumero auro ductilissimo, id quod
 „ ejusdem cum 7¹⁰ fusione et depu-
 „ ratione obtinet; deaurat quoque,
 „ sed rarius. Tremores ipsi a longo
 „ tempore eunt redeuntque; jam vero
 „ a 3 mensibus, postquam 5 diebus
 „ febricitasset, ita continuant et cres-
 „ cunt, ut loquelæ, opificio, mandu-
 „ cationi profum ineptus sit. Acces-
 „ sit ad machinam: 5^o die jam melius
 „ loquitur, 14^o die perfecte loquitur,
 „ manducat solus, laborare inchoat.
 „ Sexta septimana nullus omnino su-
 „ perest toto in corpore tremor, nisi
 „ forte in dextro pede levissimus. Non
 „ rediit. . . J. HENGSTBERGER (p)
 „ 49 annum agens deaurator a longo
 „ quidem tempore tremuit, sed utcun-
 „ que potuit labores perficere suos;
 „ a 3 vero septimanis eo delapsus est,
 „ ut nec scribere, nec delineare, nec

(o) Ibidem No 5.

(p) Ibidem No 6.

„ operari , neque etiam ultra comedere
 „ re solus bibereque possit. Freqven-
 „ tavit machinam : 6^a septimana cœ-
 „ pit parum scribere , delineareque
 „ posse , et manducare solus. Mense
 „ postea perfectissime est restitutus ,
 „ superflite veluti rheumatico artuum
 „ dolore ; ad quem curandum remedia
 „ ipsi præscripti. Non rediit , ... quod
 „ ... ilibata sanitate gauderet. . . BER-
 „ GERIN (q) cum marito deaurans ,
 „ 51 annos nata , ante biennium ita
 „ tremuit toto corpore , ut integro no-
 „ vimestri spatio lecto affixa hæserit.
 „ Tum vero ædium terrefacta incendio
 „ exiliit lecto , et potuit extra lectum
 „ sedere , artubus licet tremebunda to-
 „ tis. Capitis tremor tantus est , ut in
 „ lecto jacenti levissima incepti somnii
 „ initia illico interturbentur , nec dor-
 „ mire fere unquam possit. Per omnia
 „ pueri instar juvenda est , pueri instar
 „ balba est. Ad machinam electricam
 „ admota intra 7 septimanas eo perve-
 „ nit , ut caput nocte quiesceret , ea-
 „ que jam integras noctes dulci somno
 „ transigeret , ut nunc comederet bi-

„ beretque sine auxilio, ut perfecte
 „ loquatur, suosque denuo perage-
 „ ret suo cum marito labores. Pergit,
 „ sed negligenter, ad machinam acce-
 „ dere, quod caput non sustulit ad-
 „ huc parum titubet. MEISNER (r)
 „ 39 annorum deaurator a mensis spa-
 „ tio manibus tremere, vix operari:
 „ 4 septimanarum tempore ad machinam
 „ est restitutus. Quod vero notandum,
 „ est quidam veluti rheumaticus ar-
 „ tum dolor, quem dixit se 40 jam
 „ die, ex quo ad eam admotus fuerat,
 „ percipere coepisse. Remediis ad il-
 „ lum percurandum datis non redivit.
 „ PACHINGER (s) filius ejus, qui
 „ No 4^o, a biennio deaurat multum,
 „ et a bimestri manibus tremit. Quar-
 „ ta vice ad machinam accedens inte-
 „ gre est curatus . . . FRIDINGE-
 „ RIN (t) 57 annorum manuum crurum-
 „ que tremore ad motum et ingressum
 „ ex quadriennio inepta, simul artu-
 „ bus ita dolet, ut vix horulam de
 „ nocte dormire possit. Est dolor

(r) Ibidem No 8.

(s) Ibidem No 9.

(t) Ibidem No 19.

„ rheumaticus. Datis remediis idoneis
 „ 5^a Junii viris gestata duobus ad ma-
 „ chinam accessit : 23^a Junii sola stat
 „ erecta, nonnullos progreditur passus,
 „ manibusque incipit quoad antenus uti.
 „ Mente dein elapso eadem femina,
 „ cui præ dolore vix horula tota nocte
 „ dormiendo transigebatur, integras
 „ dormit noctes. Unica puella suffulta
 „ longam viam ab ædibus suis ad noso-
 „ comium, indeque domum alacriter
 „ transit... J. GOFFE (u) 60 anno-
 „ rum, a puero tremulus, 4 abhinc
 „ annis magis, ab anno maxime, ut ni-
 „ hil manu efficere, imo nec cibos po-
 „ tusque ori possit admoveere, vesti-
 „ dus, alendus, ut infans; cetera seni-
 „ per sanus. Ad machinam 10^a Julii
 „ accessit: 1^a Aug. poculum prima vi-
 „ ce solus ori admoveere potuit; toto
 „ Augusto et Septembri nihil lucratur.
 „ Finiente Septembri et ineunte Octo-
 „ bri spectabiliter fit emendatio; solus
 „ manducat et bibit, manus minime
 „ tremit, totumque brachium, olim
 „ extenuatius, jam æque torositate
 „ crescit, quam viribus. Ergo neque

(u) Ibidem No 23.

„ in fene desperatum est vitium, quod
 „ ipsi jam a teneris confveverat . . .
 „ B. ERINGER (x) annor. 18, moli-
 „ tor, 5^a Julii 1759 hora 6^a vesper-
 „ tina medio in opere suo vertigine et
 „ somnolentia corripitur, et retro ca-
 „ dit, per $\frac{1}{4}$ horæ sibi non præsens,
 „ Postquam ad se redierat, pedibus in-
 „ sistere neutiqvam potuit, uti neque
 „ integro qvatri duo post. Vena 8^{va}
 „ Julii secta cœpit 9^a et 10^a Julii pe-
 „ di inniti sensim posse. Quod autem
 „ notandum, ab ipso primo mali in-
 „ choantis momento manus dextra ve-
 „ hementer tremuit, idque diu noctu-
 „ que, ut eadem perficere nihil, nihil
 „ tenere, nec cochlear ad manducan-
 „ dum dirigere, posset; non enim tre-
 „ mor modo aderat, sed etiam digito-
 „ rum perfecta paralyfis. Sic se habens
 „ adiit 23^a Julii nobiliss. B. VAN SWIE-
 „ TEN; qui re examinata eum mox ad
 „ me misit, quo ad machinam adhibe-
 „ retur. Adhibui. Vix 10 ictus susti-
 „ nuerat, qvin curatum se diceret, per-
 „ fectissimeque curatus manet hucus-
 „ que . . . SCIBALDIN (y) me con-

(x) Ibidem P. 4. C. 8. §. I. No 6.

(y) Ibidem No 8.

„ venit 13^a Sept. 1758. Hæc dudum
 „ jam cum marito occupabatur plumbo
 „ veteri purificando, fundendo, hincqve
 „ jam a $\frac{1}{2}$ anno in colicam Pictonum inci-
 „ dens dolores ventris enormes patieba-
 „ tur, dolores qvove ac tremores per ar-
 „ tus universos. Dedi ipsi singulis ves-
 „ peris \mathfrak{z} vj olei lini et \mathfrak{z} jss syr. dia-
 „ codii unico haustu assumendos : un-
 „ de mox levata, post 10^{um} haustum
 „ perfectam sanitatem nacta est, solo
 „ tremore redeunte posthac ac perse-
 „ verante. Ad machinam tunc admo-
 „ vi, dediqve pilulas ex sap. Ven. \mathfrak{z} ss
 „ gumm. amm. terr. fol. tart. MP. RU-
 „ FI aa \mathfrak{z} ij, et suffumigium ad frican-
 „ dum abdomen et artus. Hinc spatio
 „ 2 mensium perfectissime curata est,
 „ curata mansit, donec cupro aliisque
 „ metallis et semimetallis fundendis
 „ iterum occupata veteris mali reditum
 „ animadvertat, jamqve ad machinam
 „ denuo accedere inchoet .,

5. *Amuleta*, quorum bina præsertim
 usus probavit :

a) *Magnes* artefactus, extus ge-
 status, imo lapis etiam ipse. Sic E.
 BÜCHNERUS (z) narrat Parisiis fuisse

(z) Misc. phys. med. A. 1729. Janu. Cl. 4.
 art. 11. No 2. p. 64.

virum circ. 30 annor. qui ex intervallis vehementem tremorem et convulsiones jam unius jam alterius membri pati solitus, consilio accepto, ut lapidem magnetem apud se gestaret, dum eum ingruente insultu in manum sumpisset, illico sensit malaciam e brachiis in totum corpus dimanasse, insultumque conticuisse. Unde hoc remedium postea e collo pendulum gestavit. Eundem in eodem malo effectum haud ita multo post vir religiosus ab hoc ipso remedio est expertus. Porro celebrer at fatigiis exhaustus Missionarius (a) adeo languebat tremulus, ut difficillime pedibus insisteret, et bibiturus vix poculum utraque manu tenens ori admovent. Magnete autem artefacto super pectore gestato ita convaluit, ut multis postea annis et facile poculum una manu ori admovent, et itinera pedes etiam longa citra insignem lassitudinem conficere potuerit. Ita et Cl. MISSA (b) binos ægros imperatis armillis et collari e magnete artificiali gestandis a tremore li-

(a) Neufste Heilkunde &c. der H. ВУСНОЗ У:
MARQUET p. 256.

(b) Ibidem.

beravit, qui tamen, ut primum hæc amuleta a corpore amovebantur, e vestigio reverti est solitus; quod ipsum etiam alius quidam (c) est expertus.

b) *Aurum* manu, ore, naribus detentum, ubi tremor a ξ io in corpore latente vexat, sæpe profuit, dum huncce e latebris corporis ad se se elicit, teste L. RIVERIO (d), et apud eundem S. IACOZIO (e). Sic etiam nonnemo (f) auri folia intus sumpta idem præstare affirmavit.

C. DIÆTETICA.

1. *Alimenta* hocce in morbo pro varia ejus causa etiam variant: ubi ille ab humoribus lentis pendet, alimenta liquida, attenuantia, &c. locum habent; quod si a debilitate e prægressis evacuationibus ortus est, analeptica, roborantia, stimulantiaque leniter profunt (g). Si vero sola vasorum pleni-

(c) Ibidem p. 259.

(d) Obs. med. Cent. 2. obs. 91.

(e) Observ. communic. 13.

(f) The gentlem. Magaz. for the Year 1753.
p. 184.

(g) SWIETEN I. e.

tudo in causa est, præter evacuationes convenientes, etiam inedia moderata juvat. A nonnullis carnes quorundam altitium hic impense laudantur, et „ non desunt, ait FORESTUS (b), „ qui hic carnes ciconiarum commen- „ dant, quas GRADUS hoc expertum „ habere scribit. Refert NICOLUS „ FLORENTINUS, se mulierem se- „ xagenariam curasse a tremore capitis „ nycticoracum sola comestione ex ni- „ dis suis sumptis. Similiter laudatur „ cerebrum vel cerebellum leporis as- „ satum. Relatum est mihi aliquando „ a fido pharmacopœo, aurificem ... „ ejus esu solo et continuo a tremore „ evasisse „ &c. In potatoribus jeju- „ nis solus potus tremorem tollit, haud „ ita multo post, ubi potus spirituosi in- „ gurgitati vis e corpore diffata fuerit, „ rediturum. „ Unde miseri illi inquit „ SWIETENIUS (i), nisi semper venas „ Jacho distentas habuerint, toti tre- „ muli et ad omnia vitæ munia inhabi- „ les langvent, sicque vel inviti, licet „ meliora videant et probent, ad hæc

(b) l. c. L. 10. obs. 99.

(i) l. c. ad §. 629. sub finem.

„ denuo confugere coguntur „: cujus-
 „ modi exemplum suppeditat H. SME-
 TIVS (k): „ chirurgus egregius, se-
 „ nex sexagenarius plus minus, lingvæ
 „ paralyti tentabatur; erat enim vino-
 „ sus, qui et noctu et mane vini rubel-
 „ li cantharum præsentem sibi esse vo-
 „ lebat, manibus semper tremulis, ni-
 „ si se vino liberaliter intus proluisset:
 „ tum demum satis firmabatur „. Qua-
 „ propter teste SWIETENIO (l) „ mi-
 „ ferrima... conditio illorum est, qui
 „ quotidie his indulgent; fatalis enim
 „ necessitas tunc oritur hæc repetendi:
 „ tandemque in illis totum systema fe-
 „ re actionum vitalium et animalium a re-
 „ petito potu pendet; pallor enim, genæ
 „ pendulæ, et tremulæ manus effunden-
 „ tes plena vasa (m) cogunt vel invites,
 „ ut iterum potent. Non absque sum-
 „ ma commiseratione vidit juvenem,
 „ qui mane expergefactus contremisce-
 „ bat, nullum fere membrum movere
 „ poterat, multo minus vestes indue-
 „ re, nisi prius aliquot uncias Ω us vi-

(k) Misc. med. L. 10. p. 525:

(l) l. c. ad §. 605. No 11.

(m) PLINIUS nat. hist. L. 15. C. 22.

„ ni fumeret. Dum duræ huic neces-
 „ sitati obluctari aliquando vellet mi-
 „ fer, in syncopen incidebat, et invi-
 „ tus quamvis cogebatur illo uti. Sic
 „ tandem contractis præ summa aridi-
 „ tate membris post calamitosissimam
 „ vitam in flore ætatis miserrime
 „ periit.,,

2. *Aer* quoque morbi causis est at-
 temperandus. Etenim ubi laxa solidorum
 debilitas tremorem, præsertim ab
 evacuationibus prægressis oriunda, in-
 duxit, nihil efficacius est aere frigido
 ad eandem emendandam, id quod lucu-
 lento casu P. I. F. HELMERSHAU-
 SEN (n) docet: miles 24 annor. habi-
 tu corporis molli, tranquillus, seden-
 tarius, semper sanus, repente verno
 tempore humido corpus exercens in
 tremorem artuum cum amblyopia inci-
 dit, quæ ad quietem reversum iterum
 deserebant. Pupilla sub levi compres-
 sione amplior fiebat, et muscoli brachii
 manusque post factam contractionem
 invita voluntate iterum extendebantur,
 ut æger vix nummum, ne dum arma,
 tenere manibus posset. Postea vero

(n) Nov. act. nat. cur. T. 5. obs. 16.

etiam quiescens æger eadem patiebatur, et interdum horripilationes febrilesque motus (brevis licet antipyreto sopitos) infestantes querebatur. Sine lapsu incedere nequibat, nec objecta externa dignoscere. Tandem vertigo quoque accessit. Cumque frustra per trimestre diapnoica, cathartica V. S. iterata, vesicantia, fonticuli, nec non nervina excitantia, & lia, Cortex Peruv. et ♂ (nisi quod tremorem aliquatenus minuerint) fuissent adhibita; accidit demum ut finiente Decembri frigus ingruens morbum emendarit: namque nocte 25^{am} Octobr. præcedente sacris interfuturus, rigido frigore sæviante templum ingressus, quo frigore magis percelleretur, eo clarius videre et litteras ipsas demum hymnarii sui distinguere, poterat. Inde hilaris domum reversus dum jusculum fervens haurit, adeo iterum visu privatur, ut toto die perfecta quasi amaurosi laborarit. Posteri diei frigus in templo visum revocavit, sed calor ciborum prandii rursus oculos effecit debiles, et si visum non hebetarit. Idcirco ubi alternas frigoris calorisque vicissitudines ita expertus est, ut in frigore morbi sui

remedium, augmentum vero in calore observasset, calore cum hypocausti tum diætæ vitato, frigoriqve se credens, visum fere pristinum recuperavit. Tum usu vini σ ti etiam subjuncto, ita convaluit, ut et oculis stabilem visum et robur musculis pristinum, mansurum spes fuerit, ubi thermarum Lauchstadiensium aquis uti concederetur.



SYLLABVS AVCTORVM.

- Aët. Hafniens. 55.
 Aët. Helvet. 67.
 Aët. nat. cur. 18. 41.
 49. 50.
 Act. nov. nat. cur. 66. 82.
 Aët. Svec. 19. 68.
 Amatus 51.
 Anecdoten 14. 15.
 Annales Vratisl. 39.
 Brunlein 49.
 Baglivus 17.
 Balloanius 5. 18.
 Bartholinus 21.
 Bertram 58.
 Bonetus 14. 20.
 Borellus 21. 52.
 Borrichius 55.
 Boucher 57.
 Büchner 49. 77.
 Büchoz 78.
 Camerarius 41.
 Comment. Bonon. 52.
 Commerc. Nor. 3 51.
 Cornarius 40.
 Crato 61.
 Dæveren 53.
 Doretus 22.
 Ehnicke 1. 12. 13.
 Epphanius 35.
 Fantonus 58.
 Fonseca 17.
 Forestus 1. 23. 56. 59.
 61. 80.
 Fuchs 49.
- Fürstenau 50.
 Galeatius 52.
 Galenus 13. 1
 Gar nannus 48.
 Garnerius 20.
 Gaubius 13.
 Genselius 39.
 Gradus 80.
 Hænius 69. sqq.
 Hagedorn 22.
 Hart 53.
 Helmershausen 82.
 Heuermana 29.
 Heurnius 52.
 Heyde 29.
 Hjortberg 19.
 Hippocrates 28. 30. 31.
 32. 33. 34. 35. 58.
 Hæchstetter 2. 4. 59.
 Hoffmannus 10.
 Horstius 2. 7.
 Jacozius 79.
 Klein 35.
 Kniphof 53.
 Kühn 66.
 Langius 23.
 Lanzius 43. 62.
 Ledelius 23. 34. 35. 60.
 Lettsom. 55.
 Lotichius 24.
 Magaz. (the Gentl.) 79.
 Marquet 78.
 Massa 25.
 Mauchart 25.

- | | |
|----------------------------|--------------------------|
| Misc. nat. cur. 4. 13. 23. | Smetius 81. |
| 24. 26. 28. 34. 35. | Socius 67. |
| 48. 60. 63. | Stræmer 68. |
| Missa 78. | Struve 51. |
| Mællenbroccius 35. | Suite de la Clef. &c. 3. |
| Moaro 43. | Swieten 1. 11. 12. 14. |
| Muralto 13. | 17. 20. 27. 38. 39. 51. |
| Murray 62. | 56. 60. 79. 80. 81. |
| Niculus 80. | Tent. Edinb. 43. 65. |
| Paullini 15. | Thiermair 13. |
| Pechlin 37. | Tiffot 16. 23. |
| Platerus 8. 17. 36. | Trewius 18. |
| Plinius 81. | Tulpius 9. 21. |
| Pomme 63. | Valcarenghi 25. |
| Rayger 24. | Vandermonde 57. |
| Keydt 57. | Velschius 7. |
| Riedlin 8. 18. 40. 48. | Vesti 53. |
| 52. 61. | Vicat 23. |
| Rigler 16. | Vogel 1. |
| Riolanus 14. 39. | Wepfer 5. |
| Riverius 79. | Whytt 27. |
| Sauvages 13. 47. | Willison 65. |
| Schultz 4. 28. | Zacutus 61. |
| Schulze 55. | |



THESES.

1. **A**mauroseos pathognomicum signum non dum ullum innotuit.
1. Fallit etiam signum BAGLIVI diagnosticum leucorrhœam simplicem a Celtica distingvens.
3. Detur tympanitis peritonæalis certis observatis; etsi LITRE eam neget.
4. Datur etiam vera uteri tympanitis.
5. Datur quoque febris hæctica protopathica.
6. Lenta febris ab hæctica est probe distingvenda.
7. Debilitas spuria a vera in morbis acutis perinde rite est dignoscenda.
8. Anus atræta non est semper ferro curabilis.
9. Salivatio ad radicalem luis Celticæ curationem non est necessaria.
10. Vermium humanorum origo non dum est ex omni parte cognita.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS 311

LECTURE 10

STATISTICAL MECHANICS

LECTURER: [Name]

DATE: [Date]

TOPIC: [Topic]

OBJECTIVES: [Objectives]

REFERENCES: [References]

ASSIGNMENTS: [Assignments]

EXERCISES: [Exercises]

PROBLEMS: [Problems]

QUESTIONS: [Questions]

ANSWERS: [Answers]

NOTES: [Notes]

APPENDIX: [Appendix]

INDEX: [Index]